

Augustinus, De praesentia reali. DTC 1 2418ff; 5 1173ff; Filograssi Florilegium Patristicum XXXV, Lang

Problema

1. Affirmationes clarae et explicitae uti apud Cyr Hier, Io Chrys, Hilarum, Ambr, totaliter desunt apud Aug.

2. Exstant multa loca in quibus theoria vel symbolica vel dynamica (praesentia quaedam virtualis) affirmari videtur.

R 1424 (adde quae praecedunt apud Fil 77 Lang 34)
R 1480, 1524, 1566, 1587

3. Scdm Loofs (Realencyclopdie ed 3 t 11 p 61-3) unanimiter critici protestantes contendunt eamdem fere fuisse Augustini sententiam ac postea Berengarii, Wicoffi, Calvini. Nominat Kahn, Ebrard, Ruckert, Dorner.

Adolf Harnack eamdem opinionem amplectitur, minori tamen certitudine; affirmat nullum locum apud Aug praesentiae reali favere modo decisivo. Dogmengeschichte t iii p 148

Arguitur a Portalié DTC 1 2419

1. Nullibi in operibus Augustini appetet vel minima divergentia inter doctrinam suam et doctrinam sicut in ecclesia receptam: hoc est: non dicimus Aug loqui eodem modo ac alii; dicimus Aug non fuisse concium se aliter loqui ac alii; opinionem suam credit communem.

Sed opinio doctrinaque in ecclesia recepta erat realistica: hoc admittit Loofs, Leitfaden ed 3 p 137, de ecclesia africana; constat e locis citatis Cyr Hier, Chrys, Hil.; invenitur in liturgia.

Iam vero videtur impossibile Augustinum reiecerisse hanc doctrinam quin eam examinarit crisi subiecerit.

2. Speciatim, Augustinus agnoscit suam dependentiam ab Ambrosio "tamquam plantatori et rigatori meo" (Ep 148 n 52); praeterea eodem modo loquitur fere ac Ambrosius de Eucharistia

At Ambrosius certo affirmavit praesentiam realem immo et transubstantiationem.

Impossibile videtur Augustinus aliter sentisse et tamen de divergentia siluisse.

3. Multi varique erant adversarii qui vel umbram erroris apud Augustinum impugnabant: ita pelagiani; ita donatistae.

Opera unde trahuntur loca symbolica vel dynamica inter manus erant, uti De doct xtiana, de catechizandis rudibus.

Nemo tamen Augustinum accusavit de falsa doctrina eucharistica.

4. Sedulo observabat Augustinus quod dicitur arcanum. Etiam atque etiam in eius operibus appetet haec accepta disciplina et silentii regula (Filog 73f). R 1815

Quomodo ergo eucharistia symbolica silentium et mysterium exigere potuit? quomodo eucharistia mere dynamica exegit cum baptismus dynamicus non exegerit?

Hactenus considerationes generales.

Augustinus, De praesentia reali (2).

II. At sunt loca apud Aug. quae non solum verbis sed etiam sensu et contextu clare affirmant realem praesentiam.

1. En in ps 98, 9; Fil 72; Lang 71. *Pisch 633 a june prima linea*

Illa caro quae de Maria erat accepta adoratur antequam manducetur. Quia adoratur, praesentia divina ex contextu. Adoratur antequam manducetur, praesentia realis et non dynamica tantum.

In eodem contextu R 1480; ergo hanc locum bonum sensum habere potest, et loca similia.

2. En in ps 33, 1; R 1464; Fil 74; Lang 70 lin 25ff

Xtus se portavit, ferebat in manibus suis quando dixit "Hoc est corpus meum" Hoc fieri non potest in alio; fieri non potest a David, si sumitur scdm litteram; sed fit a Domino.

3. De Trin 3 4 10 PL 42 873f; Lang 39; partim apud R 1652 Adest mirabilis transformatio, miraculis aliis mirabilior, in consecratione ipsa.

Quid ibi mirabile operatur invisibilis Spiritus Dei in ipsa sanctificatione panis et vini si theoria dynamica est (scil. effectus tantum in recipiente)

4. Sermo 71, Lang 7, PL 35 453; R deest
De baptismo R 1633 Lang deest.

Qui indigne accipiunt eucharistiam vere tamen accipiunt corpus et sanguinem Domini. Harnack reicit sententiam Dorner: Augustin ne connaît pour les incroyants aucune manducation du corps réel et du sang du Xt; assenit talia loca tamen esse omnino obscura Dogmen III 148. (Cf character sacramentalis)

Excluditur symbolismus et dynamismus

5. Conf IX 13 32f PL 32 777f Fil 75 Lang 27

De civ Dei XII 20 ML 41 556 Fil 75 Lang deest R deest
Frequens affirmatio oblationis sacrificii eucharisticici *Pisch 633 a june 2a*

6. Variae applicationes moralis

Cont Faust Man PL 42 259 sanguis Xti clamat sicut sanguis Abel
Serm 9 PL 38 85 "Iam nosti quo accedas, quid manduces,
quid bibas, IMO QUEM MANDUCES QUEM BIBAS. Abstine te a fornicationibus

7. *Cave in infideli non sit oblationis pax ab eis.*

III. Loca quae contra obiciuntur, explicari possunt.

1. Eucharistia - signum figura R 1424 *1528* 1566

Adest in eucharistia duplex elementum: id quod exterius videtur (species panis et vini); in quod interius creditur et intelligitur (praesentia realis); elementum exterius est signum elementi interioris.

Augustino sacramentum est signum, et signum tantum
Intelligibile = realis Augustine Intelligibile = genus spiritualis, figurativa variorum

2. Manducatio Xti est spiritualis, figurativa R 1480 1587

*phil. Platonicus
non cum testigant*

Augustinus, De praesentia reali (3)

2. Manducatio est spiritualis, figurativa. R 1480 1587

Sunt tria ab Augustino asserta et unum non assertum

a) Manducatio eucharistica ~~sunt~~ non est capharnaïtica, non est anthropophagica, non in eo consistit quod morsibus et dentibus carnem Xti tangitur et sanguis gustatur.

Et hoc est verissimum: id quod manibus sacerdos et ore fidelis tangit est tantummodo species, accidentia panis et vini.

b) Requiritur manducatio spiritualis per actus fidei spei caritatis.

Et hoc etiam verissimum: requiritur praeparatio ad Eucharistiam et gratiarum actio post euc sumptam.

c) Asseritur manducatio corporis Xti est figurativa.

Quod est verissimum: praesentia enim est realis et receptio Xti est realis, sed manducatio inq dicit operationem organorum humanorum non attingit nisi species, accidentia, quae non sunt Xti sed sunt signa Xti, signa praesentiae realis.

d) Non dicit Augustinus ipsam Xti praesentiam esse figurativam

In ipso textu principaliter objecto ab adversariis (R 1480) asseritur obligatio adorandi Xtum Eucharisticum.

Nota Augustinus non minus acutus quam scholastici acutissimi. /ima.

Ei tamen defuit systematica terminorum enucleatio; defuit /undiss philosophia aristotelica-thomistica; aderat philosophia platonica prof.

Unde cum intelligentia legendus, et simplicioribus theoriis non interpretandus: habuit ingenium maximum cum speculativum tum etiam historicum, psychologicum, litterarium, sociologicum.

3. Corpus Xti eucharisticum est corpus mysticum. R 1524 et alia

Est corporis mystici effectivum, est corporis mystici realitas dynamica, concreta, C Central aqua Aug. 4 R 1824

Est corpus mysticum sine corpore Xti physico, N

Et hoc probatur e textibus qui sensum non habent si restringitur praesentia Xti eucharistica ad praesentiam corporis mystici sine Xto physico; iam tales vidamus supra II.

Conceptus cultus transsubstantiationis p 86ff Thesis, tenui: Filopassii p 93 ff
Probatur transsubstantiatio.
strictius: Filopassii p. 103ff

I. Negative contra adversarios.

1. Realis praesentia propter "ubiquismum" "ubicationem" in pane"

a) Sufficeret si probari vel admitti potuit synecdoche, ubi continens stat pro contento; puta marsupium pro argento, lagenam pro aqua.

~~At~~ At talis figura hic suaderi non potest: per se panis non est continens corpus, vinum non est continens sanguinem.

b) Verum esset si dictum fuisset "Hic est corpus meum"

Puta Xtm qui resurgebat per lapidem sepulchro appositum transibat; tunc vere diceretur "Hic est corpus Xti"; sed demonstrando lapidem etiam tunc non potuit dici "hoc est corpus Xti"

2. Realis praesentia propter "impanationem"

a) Si persona divina verbi sibi assumpsisset panem tamquam aliam et tertiam naturam, tunc uia ista natura est corporalis, vere diceretur "Hoc est corpus meum" de ipso pane consecrato.

At tale corpus panaceum non est corpus "quod pro vobis tradetur, quod ex Maria natum, sub Pontio passum, mortuum, resurrectum, in caelis ad dexteram Patris sistitur" Ergo im anatio contra Scr PP

3. Realis praesentia propter "consubstantiationem." 3a 75 2

a) Consubstantiatio non differt ab ubiquismo nisi quod magis vaga et indeterminata doctrina sit.

b) Si manet substantia panis, tunc "hoc quod sensibus subicitur et nomine demonstratur" vere et realiter est panis; quod vere et realiter est panis, non est corpus Xti ideoque falso dicitur "hoc est corpus Xti."

4. Realis praesentia propter novam informationem materiae.

a) Scdm Durandum transit forma panis sed manet materia quae ab anima Xti informatur sicut cibus intussusceptus informatur nostris animabus.

adequate

b) Si ista materia informatur tamquam aliud corpus/distinctum a corpore pro nobis passo et crucifixo, redit difficultas contra impanationem.

c) Si ista materia informatur tamquam nova materia accedens corpori Xti caelesti, gloriose, incorruptibili, tunc varia et falsa sequuntur.

Nam sic Xthus continuo immutatur, cum novis consecrationibus, tum etiam specierum corruptione.

Praeterea, in quo consistit ista accessio materiae novae ad formam, minime intelligitur; materia enim non habet quantitatem vel alias determinationes ex se sed ex forma. — *in materiali determinante forma*

Praeterea, quicquid accedit enti completo, accedit per modum accidentis; atqui Xthus et Xti corpus est ens completum; ergo ista materia accedit accidentaliter; sed materia substantialis non fit accidens.

materia non accedit → qualitas significativa
→ antiquata N

Transsubstantia probatur (2).

5. Realis praesentia Rosminiana DB 1919f.

a) Asserit manere totam substantiam panis quae tamen fit terminus principii sentientis, ideoque unum completum cum corpore Xti.

b) Nititur opinione philosophica falsa.

Unio dynamica non sufficit ad unum per se ens constituendum; atqui quod substantia panis fit terminus principium sentientis non est nisi unio dynamica

Si non habetur ens per se unum, unio entitativa et substantialis, non vere dicitur "hoc est corpus meum"

Vere dicitur tantummodo "Hic est terminus mei principii sentientis"

6. Realis praesentia scdm Bayma DB 1843-46

Manent materia et forma, nulla fit immutatio, sed ratione nomi principii sustentationis cessat ratio substanciae.

Substantia non est substantia ex extrinseco sed ex intrinseco; est id cui competit esse per se.

Argumentum Baymae nititur falso supposito; sufficit Tiphanismus; quae theoria non sufficit.

II. Positive eruitur transsubstantiatio.

Verba consecratoria sunt ontologice vera.

Atqui ista veritas entelechia in ordine ontologico exigit

a) totam substantiam panis et vini esse desinere

b) desinere in corpus Xti, converti in corpus Xti, sanguinem Xti.

Ergo transsubstantiatio

- a) quod non manet forma panis, vini; supra 1 2 3
b) quod non manet materia panis, vini; supra 4
c) quod datur transitus
- secus non vere diceretur "hoc quod sensibus subicitur" est Xti corpus; nam sic nulla esset connexio realis inter "hoc" et "Xti corpus."

Nota: qui sit iste nexus postea considerabimus; nunc asserimus conversionem generaliter statuendo necessitatem alicuius nexus realis inter "hoc" et "corpus Xti".

- 1) non manet nisi sola forma - esse incompletum non est nisi in composite
2) non manet cum forma nisi quoniam corpus Xti -
cum reddit difficultas le puma panis
3) non manet cum anima Xti at forma -
huius materia quantitate ligatur, non
intelligitur quantitatem nec at illius
composite interessus aperiatur.
4) ut istud corpus ab historico diverget
B. ut istud idem corpus novam materiam acquirat

Post consecrationem eucharisticam accidentia panis et vini
realia et individualiter eadem remanent sine ullo subiecto substanciali.

accidens: prout communiter a scholasticis intelligitur
non agitur de determinatione sensus verus et natura accidentis
est tamen: id cui competit esse in alio
non est: ens in alio, nam sic esse nequirit sine subiecto

panis et vini: qualitas quantitas relationes dynamicae locales etc

realia: non esse desinunt; non mereae apparentiae
individualiter eadem: idem alio modo dicit et fortius

sine subiecto substantiali: deest substantia panis vini
 accidentia panis et vini quamvis realia
 non sunt accidentia Xti, ut Xtus sit albus
 accidentia panis et vini non sunt accidentia
 alterius substantiae subductae
 sed unum accidens potest esse subiectum
 aliorum; collective sine subiecto

Adversarii

Wiclef: qui asseruit permanentiam substantiae impossibilitatem accidentis sine subiecto mihi videtur falso trahi damnatio DB 582 ac si Wiclef negasset realitatem accidentium et identitatem numericam; voluit non solum realitatem et identitatem accidentium sed etiam substantiae contra tamen Filograssi; dubitat Pesch §709
Filograssi non mihi videtur probare suum assertum de sensu Wiclef; praeterea, contra est expositio doctrinae Wiclef apud DTC V 1399 ff.

Maignan Saguens Perrimezzi alli Pesch §701
statuerunt accidentia mere apparentia
Tongiorgi: manet r sistentia sine subiecto resistente Pesch §702
Palmieri: nihil panis vini remanet, sed materia imponderabilis
agit ac si remanerent accidentia Pesch §703
Franzelin: energēia (actio immanens) energēma (transiens) Pesch §713

Nota

Quod manent species: de fide catholica; ita PP CC TT
Quod istae species sunt aliquid reale panis et vini praeter substantiam
et dictum accidentis: conclusio theologica ex variis fontibus et certa
Negare possibilitatem accidentis sine subiecto: error Wiclef damnatus
in Conc Constant DB 582; saltem piis auribus offensivus DB 661
Thesis non ponitur contra eos qui errant philosophice de natura
istius accidentis, ut Tongiorgi Franzelin
Pnitur contra eos qui negant realitatem accidentis ut Maignan et, ~~ut~~
~~videtur~~ ~~Paluensis~~ contra eos qui affirmant substantiam ~~substantiam~~
~~uti Paluensis~~

Probatio

Pesch §§705-712

Difficultates

Filograssi pp 133 f.

DTC V 1368-1452

Praesentia ad modum substantiae.

Tria distinguenda: substantia, quantitas, locatio.

substantia: id quo res ponitur in tali genere, specie, individuo
mater ia et forma

quantitas: id quo res extenditur in longum latum profundum actualiter

locatio : coaptatio et commensuratio totius superficie corporis

circumscriptionis quanti cum tota superficie corporis quanti ambientis,
et simul coaptatio et commensuratio partis cum parte

Notantur:

Quantitas dicit aliquid intrinsecum et reale ipsius corporis
quanti.

~~Locatio non dicit aliquid intrinsecum et reale ipsius corporis~~
~~quanti sed aliquid extrinsecum ex extrinseca denominatione~~

Esse locatum non sequitur ex intrinseca necessitate corporis
quanti: potest esse corpus quantum sine alio corpore ambiente

Esse locatum non addit intrinsecam realitatem corpori quanto
sed denominationem extrinsecam ex praesentia alterius corporis
ambientis -- sane admittimus adesse realem actionem et passionem
ex contactu ut vera sit praesentia; sed ipsum esse locatum non est
aliud superadditum.

Omnis mensura, comparatio, distantia quantitative supponit
duo corpora in uno spatio circumscriptive locata
circumscriptionem

Praeter locationem/sunt duo alii modi praesentiae:

Praesentia ratione operationis: angelus adest ubi operatur

Praesentia ad modum substantiae: substantia qua substantia
non est praesens ratione quantitatis suae; sic enim non esset
quaestio de substantia qua substantia; sed substantia qua substantia
est praesens eo quod subest dimensionibus corporis quae sunt
praesentes et vel suae vel alienae

Praesentia ad modum substantiae est totius in toto et totius
in qualibet parte; puta animam in corpore; formam in qualibet corpore

Xtus est praesens in Eucharistia ad modum substantiae:

a) in quantum transsubstantiatio ad substantiam terminatur vi verborum

b) in quantum quantitas Xti adest per naturalem concomitantiam

c) et haec concomitantia naturalis nullam inducit contradictionem,
cum haec quantitas non sit circumscriptive locata ideoque nulla
datur mensura, comparatio, distantia inter hanc quantitatrem
et quantitatem specierum.

d) quae concomitantia proprie et stricte dicitur praesentia ad
modum substantiae.

Praesentia dicitur definitiva quando quid ita est in hoc loco
ut non sit in alio; opponitur omnipraesentiae et sic strictissime;
opponitur etiam multilocationi et sic latius.

Ratio Sacrificii.

cam

1. Duo supponuntur: materia sacrificii quod fit circa aliquam rem physi/externam, sensibilem, etc. II-II 85 3 3m
actio sacrificialis qua sacra fit ~~circa~~-rem materia
2. Actio sacrificialis duplificem habet rationem
 - a in quantum oblatio interna est eius causa exemplaris, significat internam hominis deditio[n]em Deo
 - b in quantum oblatio externa est eius causa efficiens, constituit materiam sacrificii tamquam sacrificatam, formaliter Deo oblatam, immolatam.
3. Solutio duplicitatis mundus actionis sacrificialis simplicissima est in eo quod ipsa symbolizatio internae oblationis sit formale elementum immolationis, & oblationis externae.
Puta mactationem et significare internam deditio[n]em et constituere externam materiae deditio[n]em.
4. Quo in casu actio sacrificialis est illa actio qua materia Deo donatur per symbolizationem donationis internae.
Unde in unum coincidunt donatio externa et symbolizatio donationis internae; eadem actio habet duplificem aspectum.
5. Donatio potest esse absoluta vel relativa:
 - a absoluta quando donum traditur simpliciter
 - b relativa quando donatio fit annuntiatione promissiva vel renovatiōe renovativa.
6. Symbolizatio potest esse absoluta vel relativa:
 - a absoluta quando immediate significatur donatio interna
 - b relativa quando mediate eadem interna donatio significatur.
7. Actio sacrificialis in missa est donatio renovativa et symbolizatio mediata: donatio Deo corpus et sanguinem Christi renovando donationem in cruce factam; et formaliter constituitur haec donatio significando sacrificium crucis ideoque mediate symbolizando ipsam internam Christi deditio[n]em sui.
8. Sacrificium missae est verum et proprium sacrificium
 - a quia vere donantur, offeruntur Deo corpus et sanguis Christi
 - b quia vere significatur internam Christi oblationem sui
9. Sacrificium missae est sacrificium relativum quia et donatio est relativa et symbolizatio est relativa.
10. Sacrificium missae est eadem expiatio ac in cruce, quia idem donum non iterum donatum sed olim datum, numquam retractatum, et nunc renovatum.
11. Sacrificium missae est diversum sacrificium ratione diversae symbolizationis et donationis, non tamen simpliciter diversae.

Sacrificium apud S. Augustinum.

De Civitate Dei, lib. X, cap. 4 - 6; CSEL 40¹: 451-56; PL 41:

Lib. X, cap. i, p. 444

lin. 8 "Omnium certa sententia est, qui ratione quoquo modo uti possunt, beatos esse omnes homines velle."

The philosophers dispute about who are beati and how they became so, but we have chosen the Platonists

lin. 22 "quia sapere potuerunt licet immortalem ac rationalem vel intellectualem hominis animam nisi participato lumine illius Dei, a quo et ipsa et mundus factus est, beatam esse non posse; ita illud, quod omnes homines adpetunt, id est vitam beatam, quemquam isti ~~sunt~~ adsecutur negant, qui non illi uni ortimo, quod est incommutabilis Deus, puritate casti amoris adhaeserit."

Lib. X, cap. ii, p. 448f.

The soul of the world, according to the Platonists, and the supernal spirits attain beatitude in the same way as we do.

lin. 22 "nec aliunde illis supernis praeberti vitam beatam et lumen intelligentiae veritatis, quam unde praebetur et nobis..."

Lib. X, cap. iii, p. 449.

lin. 12 "Quae cum ita sint, si Platonici vel quicumque alii ista senserunt cognoscentes Deum sicut Deum glorificarent et gratias agerent nec evanescerent in cognitionibus suis nec populorum erroribus partim auctores fierent partim resistere non auderent: profecto confiterentur et illis immortalibus ac beatis et nobis mortalibus ~~at~~ miseris, ut immortales ac beati esse possimus, unum Deum deorum colendum qui ~~sunt~~ et noster est et illorum.

p. 450* "huic nos servitutem, quae latreia graece dicitur, sive in quibusque sacramentis sive in nobis ipsis debemus. Huius enim templum simul omnes et singuli templa sumus, quia et omnium concordiam et singulos inhabitare dignatur; non in omnibus quam in singulis maior, quoniam nec mole distenditur nec partitione minuitur. Cum ad illum sursum est, eius est altare cor nostrum; eum Unigenito eius sacerdote placamus; ei cruentas victimas caedimus, quando unque ad sanguinem pro eius veritate certamus; eum suavissimo adolemus incenso, cum in eius conspectum pio sanctoque amore flagramus; ei dona eius in nobis quoque ipsos vovemus et reddimus; ei beneficiorum eius solemnitatibus festis et diebus statutis dicamus sacramusque memoriam, ne volumine temporum ingrata subrepatur ~~memento~~ oblivio; ei sacrificamus hostiam humilitatis et laudis in ara cordis fervidam caritatis. Ad hunc videndum, sicut videri poterit, eique cohaerendum ab omni peccatorum et cupiditatum malarum habe mundamur et eius nomine consecramur. Ipse enim fons nostrae beatitudinis, ipse omnis adpetitionis est finis. Hunc eligentes vel potius religentes (amiseramus enim negligentes) -- hunc ergo religentes, unde et religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendimus, ut perveniendo quiescamus, ideo beati, quia illo fine perfecti. Bonum enim nostrum, de cuius fine inter philosophos magna contentio est, nullum est aliud quam illi cohaerere, cuius unius anima intellectualis incorporeo, si dici potest, amplexu veris impletur fecundaturque virtutibus. Hoc bonum diligere in toto corde, in tota anima et in tota virtute praecipimur; ad hoc bonum debemus et a quibus diligimur duci et uos diligimus ducere. Sic complentur duo illa praecepta, in quibus tota lex pendet et prophetae

Sacrificium apud S. Augustinum (2).

p. 451* prophetae: 'Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo et in tota anima tua et in tota mente tua, et: Diliges proximum tuum tamquam te ipsum.' Ut enim homo se diligere posset, constitutus est ei finis, quo referret omnia quae ageret, ut beatus esset; non enim qui sed diligit aliud vult esse quam beatus. Hic autem finis est adhaerere Deo. Nam igitur scienti diligere se ipsum, cum mandatur de proximo diligendo sicut se ipsum, quid aliud mandatur, nisi ut ei, quantum potest, commendet diligendum Deum? Hic est Dei cultus, haec vera religio, haec recta pietas, haec tantum Deo debita servitus. Quaedamque igitur immortalis potestas quantalibet virtute praedita si nos diligit sicut se ipsam, ei vult esse subditos, ut beati simus, cui et ipsa subdita beata est. Si ergo non colit Deum, misera est, quia privatur Deo; si autem colit Deum, non vult se coli pro Deo (in place of God). Illi enim potius divinae sententiae suffragatur et dilectionis viribus favet, qua scriptum est: 'Sacrificans Dis eradicabitur, nisi Domino soli.' Exod 22 20

Lib. X, cap. iv, p. 451.

"Nam ut alia nunc taceam, quae pertinent ad religionis obsequium, quo colitur Deus, sacrificium certe nullus hominum est qui audeat dicere deberi nisi deo.... quis vero sacrificandum censuit nisi ei quem deum aut scivit aut putavit aut finxit? Quam porro antiquus sit in sacrificando Dei cultus, duo illi fratres Cain et Abel satis indicant, quorum maioris Deus reprobavit sacrificium, minoris aspergit."

Lib. X, cap. v, p. 452.

"Quis autem ita desipiat, ut existimet aliquibus usibus Dei esse necessaria, quae in sacrificiis offeruntur? Quod cum multis locis divina scriptura testatur, ne longum faciamus, breve illud de psalmo commemorare sufficerit: 'Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.' (Ps 15 2). Non solum igitur pecore vel qualibet alia re corruptibili adque terrena, sed ne ipsa quidem hominis iustitia hominis Deus egere credendus est, totumque quod recte colitur Deus homini prodesse non Deo. Neque enim fonti se quis uam dixerit consuluisse si biberit; aut luci si viderit. Nec quod ab antiquis patribus alia sacrificia facta sunt in victimus pecorum, quae nunc Dei populus legit non facit, aliud intelligendum est, nisi rebus illis eas res fuisse significatas, quae aguntur in nobis, ad hoc ut inha-reamus Deo et ad eundem finem proximo consulamus. Sacrificium ergo visible invisibilis sacrificii sacramentum, id est sacrum signum est. Unde ille paenitens apud prophetam vel ipse propheta quaerens Deum peccatis suis habere propitium: 'Si voluisses, inquit, sacrificium, dedissem utique; holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum Deus non spernet.' (Ps 50 19f). Intueamur quem ad modum, ubi Deum dixit nolle sacrificium, ibi Deum ostendit velle sacrificium.

p. 453* Non vult ergo sacrificium truditati pecoris, sed vult sacrificium contriti cordis. Illo igitur quod eum nolle dixit, hoc significatur quod eum velle subiecit. Sic itaque Deum nolle dixit, quo modo ab stultis ea velle creditur, velut suae gratia voluntatis. Nam si ea sacrificia quae vult (quorum hoc unum est: cor contributum et humiliatum dolore paenitendi) nollet eis sacrificiis significari, quae velut delectabilia desiderare putatus est: non utique de his offrendis in lege vetera praecipisset. Et ideo

Sacrificium apud Augustinum (3)

mutanda erant opportuno certoque iam tempore, ne ipsi Deo desiderabilia vel certe in nobis acceptabilia, ac non potius quae his significata sunt crederentur. Hinc et alio loco psalmi alterius: 'Si esuriero, inquit, non dicam tibi; meus est enim orbis terrae et plenitudo eius. Numquid manducabo carnes taurorum aut sanguinem hircorum potabo?' (Ps. 49 12f) Tamquam diceret: Utique si mihi/necessaria/ essent, non a te p̄terem, quae habeo in potestate. Deinde subiungens quid illia significant: 'Immola inquit Deo sacrificium laudis et redde altissimo vota tua et invoca me in die tribulationis et eripiam te et magnificabis me.' (Ps 49 14f) Item apud alium prophetam: 'In quo inquit adprendam Dominum, adsumam Deum meum excelsum? Si adprendam illum in holocaustis, in vitulis anniculis? Si acceptaverit Dominus in milibus arietum aut in denis milibus hircorum pinguium?* Si dedero primogenita mea inpietatis, fructum ventris mei pro peccato animae meae? Si annuntiatum est tibi, homo, bonum? Aut quid Dominus exquirat a te nisi facere iudicium et diligere misericordiam et paratum esse ire cum Domino Deo tuo? (Mich 6 6ff)' Et in huius prophetae verbis utrumque distinctum est satisque declaratum illa sacrificia per se ipsa non requirere Deum, quibus significantur haec sacrificia, quae requirit Deus. In epistula quae inscribitur ad Hebraeos: 'Bene facere inquit et communicatores esse nolite obliuisci; talibus enim sacrificiis placetur Deo.' (Hebr 13 16) Ac per hoc ubi scriptum est: 'Misericordiam volo quam sacrificium' (Osee 6 6) nihil aliud quam sacrificium sacrificio praelatum oportet intelligi; quoniam illud quod ab omnibus appellatur sacrificium, signum est veri sacrificii. Porro autem misericordia verum sacrificium est; unde dictum est quod paulo ante commemoravi: Talibus enim sacrificiis placetur Deo. Quaecumque igitur in ministerio tabernaculi sive templi multis modis de sacrificiis leguntur divinitus esse praecepta, ad dilectionem Dei et proximi significando referuntur. 'In his enim duabus praecepsis, ut scriptum est, tota lex pendet et prophetae (Mt 22 40)'

Lib. X, cap. vi, p. 454.

p. 455* Proinde verum sacrificium est omne opus, uod agitur ut sancta societate inhaeramus Deo, relate scilicet ad illum* finem boni, quo veraciter beati esse possimus. Unde et ipsa misericordia, qua homini subvenitur, si non propter Deum fit, non est sacrificium. Etsi enim ab homine fit vel offertur, tamen sacrificium res divina est, ita ut hoc quoque vocabulo id Latini veteres appellaverint. Unde ipse homo Dei nomine consecratus et Deo devotus, in quantum mundo moritur ut Deo vivat, sacrificium est. Nam et hoc ad misericordiam pertinet, quam quis ue in se ipsum facit. Propterea scriptum est: 'Miserere animae tuae placens Deo.' (Eccli 30 24). Corpus etiam nostrum cum temperantia castigamus, si hoc, uem ad modum debemus, propter Deum facimus, ut non exhibeamus membra nostra /13) arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiae Deo, sacrificium est. (Rom 6 Ad quod exhortans apostolus ait: 'Obsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeamus corpora vestra hostiam vivam, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.' (Rom 12 1f) Si ergo corpus, quo inferiore tamquam famulo vel tamquam instrumento utitur anima, cum eius bonus et rectus usus ad Deum refertur, sacrificium est: quanto magis anima ipsa cum se refert ad Deum, ut igne amoris eius acesensa formam concupiscentiae saecularis amittat eique tamquam incommutabili formae subdita reformatur, hinc ei placens, quod ex eius pulchritudine accep~~per~~kerit, fit sacrificium. Quod idem apostolus consequenter adiungens: 'Et nolite inquit conformari huic saeculo; sed reformamini in novitate mentis

Sacrificium apud S. Augustinum (4)

p. 456* vestrae ad probandum vos quae sit voluntas Dei, quod bonum et bene placitum et perfectum.' Cum igitur vera sacrificia opera sint misericordiae sive in nos ipsos sive in proximos, quae referuntur ad Deum, opera vero misericordiae non ob aliud fiant, nisi ut a miseria libereatur ac per hoc ut beati simus (quod non fit nisi bono illo, de quo dictum est : Mihi autem adhaerere Deo bonum est (Ps 72 28)): profecto efficitur, ut tota ipsa redempta civitas, hoc est congregatio societasque sanctorum, universale sacrificium offeratur Deo per sacerdotem magnum, qui etiam se ipsum obtulit in passione pro nobis, ut tanti capitum corpus essemus, secundum formam servi. Hanc enim obtulit, in hac oblatione est, quia secundum hanc mediator est, in hac saeculo, in hac sacrificium est. Cum itaque nos hortatus esset apostolus, ut exhibeamus corpora nostra hostiam vivam, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium nostrum, et non conformemur huic saeculo, sed reformemur in novitate mentis nostrae: ad probandum quae sit voluntas Dei quod bonum et bene placitum et perfectum, quod totum sacrificium nos ipsi sumus: 'Dico enim inquit per gratiam Dei, quae data est mihi omnibus qui sunt in vobis non plus sapere quam oportet sapere sed sapere ad tempore; sicut uniuersus Deus partitus est mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eosdem actus habent: ita multi unum corpus sumus in Christo; singuli autem alter alterius membra, habentes dona diversa secundum gratiam, quae data est nobis (Rom 12 3ff)' Hoc est sacrificium Christianorum: 'multi unum corpus sumus in Christo.' Quod etiam sacramento altaris fidelibus noto frequentat ecclesia, ubi ei demonstratur, quod in ea re quam offert ipsa offeratur.

xix,

Lib. X, cap. xviiiij, p. 479.

Qui autem putant haec visibilia sacrificia dis aliis congruere, illi vero tamquam invisibili invisibilia et maiori maiora et meliora, qualia sunt purae mentis et bonae voluntatis officia: profecto nesciunt haec ita signa esse illorum, sicut verba sonantia signa sunt rerum. Quocirca sicut orantes adque laudantes ad eum et dirigimus significantes maxime voces, cui res maxime ipsas in corde quas significamus offerimus: ita sacrificantes non alteri visibile sacrificium offerendum esse neverimus quam illi, cuius in cordibus nostris invisible sacrificium nos ipsi esse debemus..... * Qui ergo divinitatem sibi adrogant spiritus, non cuiuslibet corporis fumo, sed supplicantis animo delectantur, cui decepto subiectoque dominantur, int'recludentes iter ad Deum verum, ne sit homo illius sacrificium, dum sacrificatur cuiquam praeter illum.

Lib. X, cap. xx, p. 480

Unde verus ille mediator, in quantum formam servi accipiens mediator effectus est Dei et hominum, Homo Xpus Iesus, cum in forma Dei sacrificium cum Patre sumat, cum quo et unus Deus est, tamen in forma servi sacrificium maluit esse quam sumere, ne vel hac occasione quisquam existimaret cuilibet sacrificandum esse creaturae. Per hoc et sacerdos est, ipse offerens, ipse et oblatio. Cuius rei sacramentum cottidianum esse voluit ecclesiae sacrificium, quae cum ipsius capitum corpus sit, se ipsam per ipsum dicit offerre. Huius veri sacrificii multiplicia variaque signa erant sacrificia prisca sanctorum, cum hoc unum per multa figuraretur, tamquam verbis multis res una dicebatur, ut sine fastidio multum commendaretur. Huic summo veroque sacrificio cuncta sacrificia falsa cesserunt.

Sacrificium apud S. Augustinum (5).

Lib. XVII, cap. xx, CSEL 40²: 260.

Prov. 9 lff (qui locus statim sic exponitur)

Hic certe agnoscamus Dei sapientiam, hoc est Verbum Patri coaeternum, in utero virginali domum sibi aedificasse corpus humanum et huic, tamquam capiti membra, ecclesiam subiunxisse, martyrum victimas immolasse, mensam in vino et panibus praeparasse, ubi apparet etiam sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, insipientes et ipotes sensu vocasse, quia, sicut dicit apostolus, 'affirma huius mundi elegit ut confunderet fortia' (1 Cor 1 27f). Quibus tamen infirmis quod sequitur dicit: 'Derelinquite insipientiam ut vivatis et (Prov 9 6) quaerite prudentiam ut habeatis vitam.' Participem autem fieri mensam illius, ipsum est incipere habere vitam. Nam et in alio libro, qui vocatur ecclesiastes (8 15), ubi ait: 'Non est bonum homini nisi quod manducat-et-bibat manducabit et bibet,' quid credibilius dicere intellegitur, quam quod ad participationem mensae huius pertinet, quam sacerdos ipse Mediator testamenti novi exhibit secundum ordinem Melchisedech de corpore et sanguine suo? Id enim sacrificium successit omnibus illis sacrificiis veteris testamenti, quae immolabantur in umbra futuri; propter quod etiam vocem illam in psalmo tricesimo et non*eiusdem* Mediatoris per prophetam loquentis agnoscamus: 'Sacrificium et oblationem noluisti, corpus a ute[m] perfecisti mihi; quia pro illis omnibus sacrificiis et oblationibus corpus eius offertur et participantibus ministratur. (Et iustificatur interpretatio Eccli, citando eiusdem §: 3 5; 10 16.

(39 7)

Lib. XIX, cap. xxiii, p. 418.

'Sacrificans, inquit, dis eradicabitur, nisi Domino tantum' (Exod 22 20); non quo rei egeat alicuius, sed quia nobis expedit, ut res eius simus. Huic enim canitur in sacris litteris Hebraeorum: 'Dixi Domino: Deus meas es tu, quoniam bonorum meorum non eges.' (Ps 15 2). Huius autem praeclarissimum adque optimum sacrificium nos ipsi sumus, hoc est civitas eius, cuius rei mysterium celebramus oblationibus nostris, quae fidelibus notae sunt, sicut in libris praecedentibus disputavimus. Cessaturas enim victimas, quas in umbra futuri offerebant Iudei, et unum sacrificium gentes a solis ortu usque ad occasum, sicut iam fieri cernimus, oblaturas per prophetas Hebraeos oracula incrapuere divina; ex quibus quantum satis visum est, nonnulla protulimus et huic iam operi adspersimus, Quapropter ubi non est ista iustitia, ut secundum suam gratiam civitati oboedienti Deus imperet unus et summus, ne cuiquam sacrificet nisi tantum sibi, et per hoc in omnibus hominibus ad eandem divitatem pertinentibus adque obedientibus Deo animus etiam corpori adque ratio vitiis ordine fideliter imperet; ut, quem ad modum iustus unus, ita coetus populusque iustorum vivat ex fide, quae ex operatur per dilectionem, qua homo diligit Deum, sicut diligendus est Deus, et proximum sicut ipsum, -- ubi ergo non est ista iustitia, profecto non est caetus hominum iuris consensu et utilitatis communione sociatus. Quod si non est, utique populus non est, si vera est haec populi definitio. Ergo nec res publica est, quia res populi non est, ubi ipse populus non est.

Sacrificium apud S. Augustinum (6).

Lib. XXII, cap. x, p. 614.

Denique illi (pagani) talibus dis suis (pagan heroes) et templa aedificaverunt et statuerunt aras, et sacerdotes instituerunt et sacrificia fecerunt; nos autem martyribus nostris non templo sicut dis, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum aput Deum vivunt spiritus, fabricamus; nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus, sed uni Deo et martyrum et nostro; ad quod sacrificium sicut homines Dei, qui mundum in eius confessione vicerunt, suo loco et ordine nominantur, non tamen a sacerdote, qui sacrificat, invocantur. Deo quippe, non ipsis sacrificat, namvis in memoria sacrificet eorum, quia Deus sacerdos est, non illorum. Ipsum vero sacrificium corpus est Christi, quod non offertur ipsis, quia hoc sunt et ipsi.

Contra Faustum, Lib. VI, §5, CSEL 25: 290.

Et audetis tamen etiam sacrificia testamenti veteris execrari et idolatriam nominare et in huiusmodi sacilegium nos quoque sociare. unde pro nobis prius respondeamus sic illa iam non esse in operibus nostris, ut ea tamen in mysteriis divinarum scripturarum ad intellegenda, quae his praeanuntiata sunt, & amplectamur, quia et ipsae figurae nostrae fuerunt et omnia talia multis et variis modis unum sacrificium, cuius nunc memoriam celebramus, significaverunt. unde isto revealato et suo tempore oblato illa de agendi celebritate sublata sunt, sed in significandi auctoritate manserunt; scripta sunt enim propter nos, in quos finis saeculorum obvenit (1 Cor 10 11).

... magis enim, quia et per prophetas Deus saepe testatur nullius se talis muneris indigere, et facile est ratione perspēdere, quod neq; eius rei egeat, qui nullius eget, compellitur animus humanus inquirere, quid nos per haec docere voluerit, qui utique non frustra ea, quibus non indiget, sibi iuberet offerri, nisi aliquid in eis ostenderet, quod nobis et nosse prodesset et talibus signis praefigurari oportere. vos autem quanto melius et honestius istis quamvis max iam nostro tempore non necessariis, tamen significantibus aliquid et docentibus sacrificiis suberemini...

Ibid., Lib. XX, §18, p. 558f.

... si autem Deo vero verum sacrificium rite debetur, unde etiam divini honores recte appellantur, cetera quae dicuntur sacrificia ad similitudinem fiunt cuiusdam veri sacrificii. Haec autem partim sunt imitamenta falsorum et fallacium deorum, hoc est daemoniorum, superbe sibi ad eis, quod deceperint, divinos honores exigentium -- sicut sunt vel erant omnia in templis idolis ue gentilium Q- partim praedicamenta venturi unius verissimi sacrificii, quod pro peccatis omnium credentium offerri oporteret, qualia erant praecepta divinitus antiquis patribus nostris, ubi erat illa mystica unctione, qua Xitus praefigurabatur, unde et ipsum nomen a chrismate dicitur. proinde verum sacrificium, quod uni vero debetur Deo, quo eius altare solus Xitus implevit, in victimis pecorum imitata daemonia sibi adroganter exposcunt. unde dicit apostolus: 'quae immolant gentes, daemonis immolant et non Deo' (1 Cor 10 20), non quod offerebatur culpans, sed quia illis offerebatur. Hebrei autem in victimis pecorum, quae & offerebant Deo, multis et variis modis, sicut re tanta dignum erat, prophetiam celebrabant futurae victimae, quam Xitus obtulit. unde iam christiani peracti eiusdem sacrificii memoriam celebrant sacrosancta oblatione et participatione corporis et sanguinis Christi. Manichaei vero nescientes, quid damnandum sit in sacrificiis gentilium et quid

Sacrificium apud S. Augustinum (7).

intelligendum in sacrificiis ~~paucorum~~ Hebraeorum et quid tendendum vel observandum in sacrificio christianorum, vanitatem suam sacrum offerunt diabolo, qui eos decepit recedentes a fide, intendentibus spiritibus seductoribus et doctrinis daemoniorum in hypocrisi mendaciloquorum.

Epistulae, CXLIX, §16, CSEL 44: 362f.

Circa distinctionem nominum apud 1 Tim 2 1.

"Sed eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnis vel paene omnis frequentat ecclesia, ut precatio[n]es accipiamus distas, quas facimus in celebrazione sacramentorum, antequam illud, quod est in domini mensa, incipiat benedic[i], orationes, cum benedicitur et sanctificatur et ad distribuendum communuitur, quam totam petitionem fere omnis ecclesia dominica oratione concludit.... porro si usitatius, ut dixi, in scripturis "votum" appellatur "eukhe", excepto nomine generali orationis, ea proprie intelligenda est oratio quam facimus ad votum, id est "pros eukhen." voventur autem omnia, quae offeruntur Deo, maxime sancti altaris oblatio, quo sacramentum praedicatur nostrum illud maximum votum, quo nos vovimus in Christo esse mansuros, utique in compage corporis Christi. cuius rei sacramentum est quod 'unus panis, unum corpus multi sumus.' (1 Cor 10 17). ideo in huius sanctificatione et distributionis praeparatione existimo apostolum iussisse proprie fieri "prosekhas," id est orationes.... interpellationes autem sive, ut vestri codices habent, postulationes fiunt, cum populus benedicitur; tunc enim antistites velut advocati susceptos suos per manus impositionem miseridodissimae offerunt potestati. quibus peractis et participato tanto sacramento gratiarum actio cuncta concludit, quim in his etiam verbis ultimam commendavit apostolus.

in missa crucis
Epist. 98, §9, R1424 [Immolatur/quia quaedam/similitudo]

De diversis quaestionibus LXXXIII, q. lxi §2, PL 40: 49

Ita DNIC ostenditur rex noster. Ipse est etiam sacerdos noster in aeternum secundum ordinem Melchisedech (Ps 109 4), qui se ipsum obtulit hostiam holocaustum pro peccatis nostris, et eius sacrificii similitudinem celebrandam in sua passionis memoriam commendavit; ut illud quod Melchisedech obtulit Deo (Gen 14 18), iam per totum orbem terrarum in Christi ecclesia videamus offerri.

Ibid., p. 50.

.... mundatio peccatorum, quam Dominus oblatione holocausti sui, quod in vetere sacerdotio figurabatur, implevit: et holocausti eius imaginem ad memoriam passionis suae in ecclesia celebrandam dedit, ut esset sacerdos in aeternum, non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech (Hebr 6 20).

Sermones 227 R 1519; 272 R 1524 [Symbolismus corporis mystici in eucharis]
vide PL 38 ubi etiam sermo 229.

Marker for autograph
of Idea of sacrifice.

FEC

March 9/01

The Idea of Sacrifice.

After ploughing through the rocky soil of opinions →
multitudinous opinions on the nature of sacrifice (1), it was to
me at once a relief and an inspiration to collect and collate
what St. Augustine had said on the subject. True, his concern
was not precisely ours, for the cultus-deorum-of-those-he-opposed
in De civitate Dei gave him little occasion. The dying Empire
of Rome for Hellenic civilization was little given to doubt
the righteousness of a cultus-deorum so that the emphasis of
his argument is to insist not on sacrifice-as-pite-but-on
sacrifice-to-God-alone-(2) - and among differences, -----
Hellenic civilisation produced its own peculiar perversions
and we cannot expect the questions of to-day to have been
formulated and solved fifteen hundred years ago

After ploughing through the soil -- I found it rocky --
of multitudinous opinions on the nature of sacrifice (1),

After ploughing through the somewhat rocky soil of
multitudinous opinions on the nature of sacrifice (1), it was to
me at once a relief and an inspiration to study what St. Augustine
had said on the subject. Nor was I unimpressed by the fact that
D. Unde oblatio eucharistica est necessario eadem quodammodo ac oblatio crucis quam neque supplantat neque complet; victima praeterea est eadem, corpus scilicet sanguis Domini; denique offerens est ipse Xpus et ministri ecclesiae necessario eius personam genuit.

Difficultates ex epistola ad Hebraeos.

Sed haec unitas offerentis, oblati, et oblationis non excludit eucharisticum sacrificium:

1. Hebr. 9 25 Neque ut saepe offerat semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in Sancta per singulos annos in sanguine alieno: alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi.

Ex hoc loco "semetipsum saepe offerre" identificatur cum "eum frequenter pati"

Id quod excludit ergo epistola est oblatio saepe repetita in qua Christus patitur seu intrinsece mutetur. Aliis verbis, excluditur multiplex immolatio cruenta, C; incruenta, peto probationem.

Nam in sacrificio eucharistico Christus intrinsece non mutetur; ipse non patitur sed novae denominations ab extrinseco ei adveniunt quatenus ritu sacrificiali transubstantiatur panis in eius corpus et vinum an eius sanguinem.

2. Hebr 9 12 per proprium sanguinem introivit semel in Sancta

Hebr 9 26 semel per hostiam suam apparuit (coram Deo?)

Ex his locis excluditur multiplex praesentatio corporis Xti resurrecti ad tabernaculum caeleste.

Eucharisticum vero sacrificium non est introitus vel apparatio novus Xti coram Patre caelesti.

3. Hebr. 9 28 "semel oblatus est... secundo sine peccato apparebit exspectantibus se"

Hic agitur non de sacramentalibus sub specie aliena sed de eis quae in propria specie fiunt, scilicet, oblatio crucis et iudicium finale.

4. Hebr. 7 27 "qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel seipsum offerendo"

Eucharisticum sacrificium non est ad sanctificationem Xti; neque est pro populo independenter a sacrificio crucis sed per huius repraesentationem, commemorationem, applicacionem; neque auget vel compleat vel supplantat sacrificium crucis.

"Semel offerendo" cruenta, C; incruenta, N; Conc. Trid.

DB 938 "etsi oblatus... tamen obtulit..."

5. Hebr. 10 10: In qua ~~oblatione~~ voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel"

Hebr. 10 14: Una enim oblatione consummavit in sempiternum sanctifatos"

Sane non excluditur omnis alia causa nostrae sanctificationis et salutis quae dependet a sacrificio Xti: uti gratia, bona opera; id quod excluditur ad summum est aliud sacrificium, et quidem non omne aliud sacrificium, sed omne aliud independens et immediatum.

Unde "offertur semel" cruenta, sub specie propria, sine sacerdotum ministerio, C; non datur alia oblatio, incruenta, sub specie aliena, sacerdotum ministerio, mediata in ipsa ratione sacrificii ut sit repraesentationem commemorationem applicatio, N

6. Hebr. 10 18 "Ubi autem horum remissio: iam non est oblatio pro peccato" Ergo saltem non sacrificium propitiatorium.

Ubi horum remissio in actu primo, non est oblatio principalis, C, applicativa ad actum secundum, N

7. Hebr 10 2: alioquin cessassent offerri ideo quod nullam haberent ultra conscientiam peccati, cultores semel mundati

Sed habemus conscientiam; "demitte nobis debita nostra"

8. Hebr 10 12 unam offerens hostiam

Sacrificium eucharisticum non offert aliam victimam.

E. Utrum vero epistola ad Hebraeos nullam mentionem faciat sacrificii eucharisticici, est quaestio disputata.

Agitur de Hebr 13: 9 - 16; DTC 10 835ss.

A. Sententia O Holtmann, Der Hebräerbrief und das Abendmahl, Zeitschrift für die N.T. Wissenschaft, 1909, p. 251-260.

Hoc loco auctor aliquibus crimine vertit quod, primitiva doctrina relicita, fortitudinem animae quaerunt in cibis, h.e., in eucharistia.

Nam

- a gratia non escis est cor stabiliendum (v. 9)
- b qui tabernaculo deserviunt (h.e. christiani templo pneumatico SpS inservientes) non possunt ~~commodare~~ comedere de sacrificio et altari quod habent (v. 10)
- c nam in sacrificio expiatorio corpus victimae extra castra comburitur (v. 11)
- d unde Iesus in sacrificio suo expiatorio extra portam est passus (v. 12)
- e portemus ergo improperium eius; simus sine alio sacrificio vel cibo sacrificali (v. 13)
- f offerremus sacrificia laudis, fructum labiorum; meminerimus sacrificia beneficentiae elemosynarum charitatis maxime Deo placere (vv. 15 16).

B. Alii non dicunt eucharistiam reici sed tantummodo silentio praeteriri.

Reville, Les origines de l'eucharistie, Paris 1908, p 70 f.

Goguel, L'eucharistie des origines jusqu'au Justin martyr, Paris 1910, p 218.

- a qui tabernaculo deserviunt sunt Christiani et non sacerdotes levitici qui nullo modo volunt manducare de escis christianis ideoque eis interdicti non potest haec manducatio.
- b sed Christiani non possunt manducare de suo sacrificio quod semper pro semper in cruce est peractum
- c de eucharistia nihil dicitur nisi implicite quod non est participatio sacrificii.

C. Maxima pars exegitarum cuiuslibet scholae affirmant eos qui ~~mixtum~~ tabernaculo deserviunt esse sacerdotes leviticos.

Sed/intelligunt leviticos non posse participare de beneficiis passionis Christi; nihil dici vel innui de eucharistia.

Ita S. Thomas, Estius, in h. l., et alii exegetae catholici; ita etiam propestantes fere omnes.

Et pro hac sententia arguitur ex contextu et ex textu.

Ex contextu: agitur in epistola de sacrificio crucis; non est cur introducatur allusio obscura ad eucharistiam.

Ex textu: v. 12 agitur de sacrificio crucis; ergo v. 10 agitur de altari crucis (thusiasterion Xtiarorum). Sed hoc altare non est altare sensu ordinario de mensa lapidibus extracta sed per metaphoram; ergo manducare de isto altari etiam metaphorice dicitur; id quod confirmatur per "Exeamus igitur ad eum extra castra" quod sane etiam est metaphoricum.

D. Quarta denique sententia est affirmantium quod habetur clara et distincta allusio ad eucharistiam.

Quod Hebr. 13 9-16 agitur de eucharistico sacrificio.

1. Non excludenda est a priori allusio ad eucharistiam quia in alibi in epistola non tractatur.

Nam in fine epistolae est pars moralis et generalis in qua praecepta omnis fere generis collocantur: commendantur caritas fraterna, puritas coniugalis, divitiarum contemptus, et obtemperantia superioribus; de quibus antea nihil.

Praeterea, non deest allusio ad eucharistiam in priori parte epistolae, nempe, 5 11 -- 6 2.

2. v. 9 non est contra usum eucharistiae.

Certo certius "escis quae non profuerunt ambulantibus in eis" refert ad imperfecta et inutilia ritus levitici in lege mosaica commedata. Hoc clarum ex mente auctoris huius epistolae.

Uti bene notat Goguel "il est impossible de rapporter bromasin a un usage chretien et le reste de la phrase a une pratique juive" op cit p 219s.

Nec quidquam facit argumentum ab Holtzmann propositum: iudeos nempe non manducare theothyta ad cor stabiliendum. Contra enim est evangelium quod narrat iudeos fiduciam in ritibus exterioribus et non in dispositionibus interioribus posuisse; at eucharistiam ideo esse institutam ut maneamus in Xto et vitam aeternam possideamus.

3. oī tei skenei latreuontes (v. 11) nullibi in SScri de christianis dicitur; sed contra levitici dicuntur hac ipsa epistola "oītines (8 5) upodeigmata kai skiai latreuousin ton epouranion"; et hoc idem est dicere tei skenei latreuontes cum tabernaculum terrestre est umbra bonorum cœlestium (10 1). /21

In hac epistola "skene" dicit tabernaculum terrestre 8 5; 9: 2 3 6 8 dicit tabernaculum a Deo in caelis fixum 8 2; 9 11

Sine fundamento asserit Holtzmann tabernaculum skene esse templum pneumaticum

Nec melius arguunt Goguel et Reville: inutile dicere leviticos non posse participare de eucharistia; quod enim non volebant neque ~~sacerdoti~~ sibi vindicabantur.

Nam utilissimum est animum dare neo-conversis ex iudaismo qui sacrificia cruenta et eorum participationem desiderabant; nexus praeterea est clarus inter vv. 9 et 10; abstinet ab escis qui nihil profuerunt ambulantibus in eis; habetis altare de quo non edere non possunt levitici; leviticis enim (v. 12) negatur participatio sacrificii expiatorii; v. 12 sed nostrum sacrificium est propitiatorium, ideoque Dominus extra portam passus est; et tamen de eo comedendo participare possumus.

4. v. 10 edere, phagein, litteraliter est sumendum et non metaphorice.

nam v. 9 agitur de escis realibus et non metaphoris; v. 11 agitur de animali cuius corpus edi non libebat; unde metaphora inter haec duo inseri haud potest.

5. v. 10, altare, thusiasterion; etiam occurrit 7 13, ubi, sicut in omnibus locis N.T.m, denotat altare terrestre; scilicet id super quod ponebantur oblata et fiebat immolatio.

6. Edere de altari (v. 10) non significat edere de donis factis sacerdotibus ut olim qquidam protestantes volebant: est enim cibus qui cor stabiliat, quem a sacerdotio iudaico comedi non licet, qui deponitur non in gazophylacterio neque in manibus sacerdotum sed super altare, qui ab omnibus christianis comeditur.

Praeterea "edere de altari" iudeis neo-conversis statim suggerit participationem sacrificii; nova et inaddita fuisset metaphora de participatione meritorum passionis et mortis Xti.

Continuatur utrum Hebr 13: 9-16 agatur de eucharistia.

7. v. 10, phagein, edere, est vocabulum usurpatum a Paulo, Matthaeo, Ioanne ad denotandam manducationem eucharisticam.

Praeterea, de altari edere est parallela cum illo Pauli "mensam dominicam participare."

8. v. 10: ekhomen thusiasterion, habemus altare. Quando de sacrificio crucis, tempus est praeteritum [9: 12 14 28; 10 14] sed hic tempus est praesens

9. Unde omnia usque huc ad eucharisticum sacrificium indigitantur.

Hoc enim sacrificium solum dat praesens altare de quo manducant Xti et non possunt manducare Iudei.

10. v. 11: negatur Iudeis participatio sacrificii expiatorii.

Inde concludi nequit Christianis non licere participare de sacrificio crucis; nam ista praecepta legalia non valent pro christianis Hebr 7: 18 19 sed translato sacerdotio, transfertur et lex Hebr 7 12.

Praeterea absonum prorsus est supponere auctorem epistolae velle prohibere participationem sacrificii crucis, cum eucharistia universaliter in ecclesia celebrabatur; neque-pessunt-Geguel-et-Reville-et-Helzmann respondere,-aspetus-sacrificialis-ee-tempore-non-considerabatur,-quam, sedm-eos-haece-prohibitio-facta-est

Praeterea ex ipso contextu constat non in omnibus simile esse sacrificium expiatorium iudaicum et Xti: illud enim in templo tabernaculo fiebat et post crematio extra castra; sed Xitus occiditur extra castra

11. v. 13: metaphorice dicitur exeamus extra castra, scilicet, e iudaismo. Metaphora facilis intellectu: omnes enim sciebant templum tabernaculo et urbem Hierosolymitanam castris succedisse; in lege enim omnia determinantur circa "tabernaculum" et "castra" quae tempore posteriori ad templum et urbem sunt applicata.

Et additur ratio: non enim habemus hic manentem civitatem sed futuram inquirimus.

12. v. 15 "Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius."

Ps 49: 14 23; Osee 14 3; Eccli 35: 3-5.

Unde arguitur quod agitur de sacrificio interno quod non proprio symbolo sed potius propriis actibus (laudis, confessionis, beneficentiae, fraternitatis (v. 16)) exterius appareat.

Sed non gratuito a multis intelligitur ipsa eucharistia.

Ante enim v. 10 de thusiasterio, nunc v. 15 de thusia: quae sane thusia antea nominatum thusiasterion in mentem dicit.

Est sane thusia aineos, sed eucharistia est gratiarum actio per Christum et thusia.

di autou oon anapheromen thusian aineos -- si per Xtum, si "ergo," si thusia, si aineos, nonne et eucharisticum sacrificium.

Neque obstat "dia pantos" "Ab ortu enim solis usque ad occasum... in omni loco prosagetai thumiamam toponomati mou kai thusia kathara. Quantum distat ab expiatorio sacrificio iudaico semel in anno oblato! "Dia pantos" non dicit sine interruptione a singulis.

Neque obstat "fructus labiorum": singulare enim est in sacrificio eucharistico quod labiis victima mactatur et immolatur

Neque obstant caritas et fraternitas: sunt dicuntur sacrificia; an sunt sacrificia distincta ab illa unica victima novae legis et unica oblatione in quibus tantum insistit epistola; nonne sunt sacrificia contenta in sacrificio eucharistico? Antea actum est de caritate (13 1-3); nunc de beneficentia erga communiteatem; collectae enim fiebant et agapae in reunione eucharistica Xtlanorum.

Ex SScri. constat quod in missa Deo offertur verum et proprium sacrificium.

Nota: De fide definita.

Argumentum:

Illud est verum et proprium sacrificium
ad quod offerendum constituitur sacerdotium singulare et proprium
in quo Deo offeruntur corpus et sanguis D.N.I.C. in remissionem peccatorum
in quo significatur novum foedus inter Deum et genus humanum
quod participatur per cibum sacrificalem manducando
quod nominibus technicis sacrificii in prophetia V.T. ornatum est

Atqui haec omnia scdm SScri verificantur in eucharistia Ergo

1. Sacerdotium ex secundum ordinem Melchisedech
2. datum pro vobis, effusus pro vobis, in remissionem peccatorum
3. novum testamentum in meo sanguine
4. mensam dominicam participare, habemus altare de quo edimus
5. ab ortu solis usque ad occasum... in omni loco... sacrificium purum

Traditione priorum saeculorum constat in missa offerri Deo verum et proprium sacrificium.

Adversarii:

a) Ad medium saeculum XIX docuerunt protestantes doctrinam de sacrificio eucharistico ortum habuisse a S. Cypriano: ita Höfling, Die Lehre der ältesten Kirche vom Opfer, Erlangen 1851; ita Theodorus Harnack, Der christliche Gemeindegottesdienst in apostolischen Zeitalter, Erlangen 1854.

Quae opinio hodie ab iis derelinquitur: Adolphus Harnack agnoscit Cyprianum probabilius invenisse apud antecessores suos conceptum illum qui notiones sacrificiales ad eucharistiam transferat.

b) F. Wieland, catholicus,
Mensa und Confessio, Munich, 1906

Der vorireräische Opferbegriff, Munich, 1909
Altar und Altergrab der christlichen Kirchen in IV Jahrhundert, Leipzig 1912

a ecclesia primitiva non obtulit sacrificium

caena sane erat sacrificium, sed sacrificium laudis et gratiarum actionis et orationis

manducabatur corpus et sanguis bibebatur Domini quae tamen non offerebantur

communitas congregabatur in privatis domis, non altaribus adstabat sed mensis recumbebat; allatis pane et calice gratiarum actio quae in caena a Domino a praesedente fiebat; qua oratione praesens factum est corpus olim crucifixum sed nunc gloriosum

haec tamen omnia gratiarum actione et non oblatione sacrificiali facta sunt: non victima sed oratio, non Deo oblatum sed a Deo donatum grato animo accipiebatur.

b ecclesia saeculo secundo sub influxu cum praescriptionum ritualium iudaicarum tum etiam religionis paganae paganae, notionem sacrificii proprie dicti applicavit eucharistico ritui.

Irenaeus introduxit notionem oblati visibilis nominavit panem et vinum primitias creationis; simul tamen retinuit antiquam doctrinam de oblatione spirituali orationis et gratiarum actionis.

Tertullianus fidelis suas notiones non accepit.

Originies tamen accepit ideoque de sacrificio primitiarum locutus est.

Apud Cyprianum ipsum, quamvis multum evolvit notionem sacrificii, manet tamen duplex textuum series in quibus nunc sacrificium visibile nunc sacrificium laudis et labiorum extollitur.

c Tribus fere argumentis thesin suam propugnat Wieland

a' ante Irenaeum PP non loquuntur de oblatione rituali

b' multi scriptores ecclesiatici affirmant solum cordis et labiorum sacrificium Deo placere

c' non dabatur altare sed mensa tantum in communitate christiana.

d Opera sua fortiter impugnata sunt ab auctobribus catholicis, speciatim Dorsch, Schmid, Rauschen, d'Ales, Lebreton, Lamiroy, Brinktrine, de la Taille.

In indicem librorum prohibitorum relegata sunt.

Laudantur ab acatholicis: teste A. Harnack, nullatenus apparet eomm auctorem esse catholicum.

c) F.S.Renz antea protulit opinionem quam Wieland ~~ad~~ modo extremo evolvit. Die Geschichte des Messopferbegriffs... 2 vols, Freising, 1901-2.

Docuit eucharistiam non esse sacrificium incruentum quod epulis terminatur, sed esse caenam quae notam sacrificalem vestitur.

Testimonio patrum priorum sacrificium eucharisticum esse probatur.

Didache: R 6-8; c. ix et x de orationibus; c. xiv de p̄aeceptis. DTC 10 865-882

Agitur de eucharistia:

R 6 eucharistia, poterion, klasma, ex Filio Dei Iesu, phagein, pinein,
conceditur solis baptizatis

R 7 pneumatiken trophen kai poton kai zoen aionion

R 8 klasate arton kai eukharistesate

R 9 episkopoi diaconoi leitourgia

praeterea, agitur de sacrificio quod in ecclesia christiana sola
eucharistia esse potest.

Agitur de sacrificio vero et proprio:

de sacrificio: thusia, ter dicitur, c. xiv 1 2 3

vero et proprio: recolatur p̄aeceptum Domini circa munus super altare
ut prius fiat reconciliatio Mt 5 23-24; sed munus
super altare de quo Mt est cultus templi, v et p̄ sacrifici
recolitur prophetia Malachiae, c. xiv 3, quod
superius verum et proprium sacrificium est probatum

Clemens Romanus: cc. xl - xliv; R 19-21; DTC 10 882-886.

Datur cultus christianus liturgicus et publicus R 19 21

Dominus p̄aecepit ut fierent oblationes et liturgiae non inordinate
sed statutis temporibus et horis R 19

Haud intelligi potest ista oblatio "prophora" de sacrificio interno
ubi totus contextus de hierarchia; neque de eleemosynis per sacerdotes
distribuendis cum "prophora sit terminus technicus sacrificii.

Ignatius Antiochenus: DTC 10 888-894.

Datur cultus christianus liturgicus et publicus neque de eucharistia
ambigitur apud Ignatium.

Phil. iv, R 56b: 'en thusiasterion

thusiasterion videtur hic sumi sensu litterali, nam nullum inddicium
sensus metaphorici et caetera (sark poterion aima Kurios episcopos)
litteraliter sumuntur -- concedi potest alibi/thusiasterion metaphorice
si altare, etiam sacrificium /apud Ignatium dici

Justinus: DTC 10 895-907; R 135

Comparatur cum sacrificiis VT reiectis; citatur prophetia Malachiae.

Irenaeus: DTC 10 910-18; R 232, 233

232 primitias Deo offerre; novi testamenti novam oblationem; ecclesia
ab apostolis accipiens in universo mundo offert Deo; primitias

sucrum munera; prophetia Malachiae

233 non genus oblationum reprobatum est... species immutata est tantum

Clemens Alexandrinus: DTC 10 918-920

Stromata IV xxv MG 8 1369: sacrificium Melchisedech typus Eucharistiae

Origenes: DTC 10 918-23

Offertur Deo oblatio primitiarum, sacrificium panis et vini factorum
corporis sancti et sanctificantis et sanguinis propitantis.

primitias mundi redempti offerre Deo

Testimonio PP priorum eucharistiam esse sacrificium probatur.

Didascalia, DTC 10 926f

Preces offerte, eam quae scdm similitudinem regalis corporis
Xti est accertam eucharistiam offerte, sine dubitatione orantes
offerte pro dormientibus Vide Connolly Didascalia p 252, Funk p 376

Hippolytus, DTC 10 927-29

Sacrificium novum, a Malachia praedictum (?)
Quando venerit Antchristus, thusia et libatio (sponde) cessabunt
quae nunc Deo offeruntur (prospheromene) in omnibus gentibus
Primus ordo liturgicus (Traditio apostolica)

Cornelius Papa, DTC 10 930

poiein tas prosphoras, (facere oblationes, dicitur de eucharistia)

Tertullianus DTC 10 930-35

Saepe dicit "offerre" "sacrificium"
Multum insistit in oblatione pura et interna.

Cyprianus DTC 10 935-47

//line)

Citationes subdimus ex epistola 63 ad Caecilium, CSEL 3 701 ff (page & lin
701 18: scribitur contra eos qui "non hoc faciunt quod Iesus Xtas
Dominus et Deus noster sacrificii huius auctor et doctor fecit et docuit"
scilicet aquam in calice offerebant

702 9: "ut calix qui in commemoratione eius offertur mixtus vino
offeratur"

703 1: "Item in sacerdote Melchisedech sacrificii dominici
sacramentum videmus..."

703 11: "nam qui magis sacerdos Dei summi quam Dominus noster
Iesus Christus, qui sacrificium Deo Patri optulit et optulit hoc
idem quod Melchisedech optulerat id est panem et vinum suum scilicet
corpus et sanguinem."

704 11: "Sed et per Salomonem spiritus sanctus typum dominici
sacrificii ante praemonstrat, immolatae hostiae et panis et vini
sed et altaris et apostolorum faciens mentionem. [citat Prov. 9 1-5]"

708 9: "unde appetet sanguinem Xti non offerri, si desit vinum
calici, nec sacrificium dominicum legitima sanctificatione celebrari,
nisi oblatio et sacrificium nostrum responderit passioni."

711 12 - 712 10: de admixtione aquae in calice ad unionem ecclesiae
cum Xto significandam. cap. t 13.

713 6: "quod si nec minima de mandatis dominicis licet soluere,
quanto magis tam magna, tam grandia, tam ad ipsum dominicae passionis
et nostraræ redemptionis sacramentum pertinentia fas non est infringere
aut in aliud quæd quam quod divinitus institutum sit humana
traditione mutare?"

713 13: "utique ille sacerdos vice Christi vere fungitur qui id
quod Christus fecit imitatur et sacrificium verum et plenum tunc
offert in ecclesia Deo Patri, si sic incipiat offerre secundum quod
Ipsum Christum videat optulisse."

714 14: "Christum offerre oportebat circa vesperam diei, ut hora
ipsa sacrificii ostenderet occasum et vesperam mundi.... nos autem
resurrectionem Domini mane celebamus."

714 21: "... passio est Domini sacrificium quod offerimus..."

716 19: "... a praeceptis et monitis eius non recedamus agentes gratias"

716 25: "Religioni igitur nostraræ congruit et timori et ipsi loco
adque officio sacerdotii nostri, frater carissime, in dominico calice
miscendo et offerendo custodire traditionis dominicae veritatem..."

Testimonio PP priorum probatur eucharistia esse sacrificium.

Siquidem (vide DTC 10 956-63)

1. Eucharistia seu gratiarum actio in omnibus communitatibus christianis celebrabatur: unica exceptio erat docetarum haeresis.
2. Credebatur institutionis dominicae: hoc explicite affirmant Clem. Rom., Iustinus, Iren., Clem. Alex., Orig., Hippol., Tert., Cypr.
3. Unde semper ad instar caenae dominicae celebrabatur prout a synopticis et Paulo describitur; neque probatur in ulla ecclesia in solo pane eucharistiam esse celebratam.
4. Inter catholicos inde ab initio calix vinum continebat; usus aquariorum violetur a rigorismo ortum habuisse, ideoque primitivus fuisse non potest.
5. Hierarchia exsistebat eique soli reservabatur officium centrale. In hoc insistunt Clem. Rom., Ig. Antioch.; eucharistia fit a praeside (Iust.), ab episcopo (Didache, Clem. Rom., Ign., Iren., Didascalia, Hipp., Tert., Cypr.) quocum concelebrant presbyteri (Hipp., Cypr.), interdum a solis presbyteris (Ign., Dæonysius Alex., Tert., Cypr.) sed sub delegatione episcopi (Ign.) vel scdm eius praescripta (Cypr.). Diaconi sunt collaboratores episcopi, praesidis; inter alia distribuunt eucharistiam (Didache, CR, Ig., Iust., Clem Alex., Cypr.)
6. Eucharistia seu gratiaum actio fit super panem et vinum.
7. Baptizati soli et vita puri interesse possunt. Offertur pro absentibus, dormientibus.
8. Est actio latreutica (in honorem Dei) eucharistica (in gratiarum actionem pro omnibus beneficiis) propitiatoria (in remissionem peccatorum) impetratoria (omnium quae legitime desiderantur).
9. Est non simplex oratio ut demonstrant panis et vinum.

Est sacrificium

a dicitur sacrificium: Didache, Iust., Orig., Firmilianus, Hipp., Tert. Cyp
b est oblatio ritualis et liturgica: Clem Rom., Clem Alex., Cornelius,
et Didascalia

c est analogum sacrificii veteris legis eiusque succedit: Didache,
Clem Rom., Iust., Orig., Hipp., Tert., Cypr.

d est figuratum sacrificio Melchisedech: Clem. Alex., Cypr.

e est sacrificium purum a Malachia annuntiatum: Didache, Iust., Iren.,
Hipp., Cypr.

f apud plures videtur sacrificium denotari per verba "panem sanctificare"
"arton 'agiazein": Didache, Clem. Alex., Orig., Dæonysis Alex.,
Didascalia, Firmilianus, Tert., Cypr.

g similes expressiones inveniuntur apud scripta apocrypha.

Obicitur

a Negatio sacrificii praeter sacrificium puri cordis, labiorum, orationis

b Silentium Pseudo-Barnabae, Aristidae, Athenagorae, Apollonii,
epistolae ad Diognetum, Minucii Felicis.

c Ambiguitas eorum quae asserta sunt usque ad Irenaeum, imo Cyprianum.

Respondetur

a Sacrificium eucharisticum idem genere differt specie a sacrificiis
huc usque oblatis: Irenaeus -- necesse erat aliqua cogitationis
elaboratio antequam expressiones clarae et distinctae adhiberi
potuerint

b Nihil mirum si silent apologetae de sacrificio oblatæ Deo invisibili
in corpore et sanguine hominis ante centum annos demortui

c Negatio sacrificii intelligi potest de negatione elementi specifici
in sacrificiis iudaicis et paganis: magis erat eucharistia sacrificium
laudis et orationis et puri cordis quam praesens sanguinis effusio
animalisque mactatio

d Sufficenter inde a Didache appetet ratio sacrificialis per terminos
technicos (thusia) et proph-tiae Malachiae recordationem.

Reformatorum doctrina de sacrificio missae: DTC 10 1086-99

Ecclesia lutherana

1. Lutheri doctrinae initia.

a Usque ad annum 1520 non negatur ratio sacrificii. Quamvis etiam in periodo catholica quaedam effata inveniri possint quae mentem futuram quodammodo praeanuntiaverunt, haec tamen ipsam sacrificii negationem non protulerunt. Puta quod affirmat sacrificium laudis, quod insistit in intima unione inter sacramentum et evangelium, etc.

b In sermone "De novo testamento h.e. de sancta missa" nova opinio iam est formata, quae eodem anno (1520) in opere "De captivitate babylonica" plenius declaratur.

Missa est testamentum, promissio nobis a Deo facta remissionis peccatorum, promissio per mortem Filii Dei firmata.

Accedit signum sensibile huic promissioni non alio tamen fine quam ut in nobis excitetur fides iustificans.

Missa non est sacrificium: est aliquid nobis a Deo datum et non est aliquid a nobis Deo donatum; in caena ultima Dominus non actum liturgicum et rituale celebravit sed caenam suam sumpxit; quidquid huic simplicitati additum est, ceremoniale vacuum est.

Sola ratio sacrificii seu oblationis quae in missa invenitur est antiqua illa consuetudo ecclesiae primitivae scdm quam fideles dona attulerunt quae-benedicabantur super quibus fiebat benedictio et gratiarum actio.

Sola ratio operis boni pro aliis applicabilis quae in missa invenitur invenitur in orationibus quae durante missa fidelibus Deo funduntur.

c Agnovit Lutherus se contra totam traditionem etiam PP. pugnare.

Qua tamen difficultate minime retinebatur. "Quid mihi de multitidine et magnitudine errantium? Fortior omnium est veritas."

d Revolutio haec speculativa non statim consuetudinem vitae exterioris mutare voluit. Docuit obligationem assistendi die dominica; insistebat ut haec assistentia sit in ad missam parochialem; permittebat sacerdotes celebrare modo actionem interpretati sint scdm theologiam lutheranam neque aliud intendant praeter orationem communionem fidelium et pro eis orationem; missas privatas propter devotionem celebrantis similiter permittebat; neque condemnavit missas votivas, stipendia accepta, modo non sacrificium sed oratio intendatur.

2. Lutheri doctrinae evolutio.

a Ipse Lutherus Wartbourg inclusus fratribus animum dedit ut institutum Christi restaurarent. Unde Gabriel Zwilling, factus praedicator conventus angustinianorum apud Wittenburg, contra abusus missae vocem sustulit. Die 29 septembris 1521 innovationes liturgicae incepérunt: celebrabatur ab uno tantum sacerdote et sub utraque specie fideles communicabant; Helt, conventus prior, mox missas privatas in conventu prohibuit et usum calicis fidelibus impetravit; Melanchthon haec approbavit missasque privatas "merum ludibrium meramque scenam" nominavit; Universitas accipiebat theses semper audaciores ibique Melanchthon seriem 65 propositionum defendebat quibus positiones Lutheri affirmantur et sacerdotium universale christianorum.

Reformatorum doctrina (2).

- b Die la novembris 1521 apparuit opus Lutheri "De abroganda missa privata" quod postea germanice etiam publici iuris fecit sub titulo "Vom Missbrauch der Messe"
- c Iterum agnoscitur oppositio traditionis: "Non de facto sed de iure quaestio nobis est. Sancti errare potuerunt docendo et peccare vivendo: Scriptura errare non potest docendo nec credens illi peccare potest vivendo."
- d Affirmat solam scripturam esse audiendam, caeteraqua omnia a diabolo ortum habuisse. Solum sacrificium praeter crucis sacrificium nobis iniunctum est sacrificium mortificationis et paenitentiae.
- e Unde ne orationes quidem inter missas effusae quamlibet sacrificii rationem habent. Unicus finis in eucharistia est communio sacramenti. Si sacerdos vult celebrare ad se communicandum, necessario debent adesse fideles qui etiam communicant. Diebus dominicis, iisque solis, fiat una tantum consecratio.
- f Multum insistat Lutherus in origine diabolica missae. Solum sacerdotium novi testamenti est sacerdotium Christi quod participant pariter omnes fideles. Argumentum principale catholicorum ei videtur inveniri in apparitionibus narratis per legendas; quas apparitiones diabolo attribuit.

3. Confessio Augustana (1530).

- a Duplici parte agit de eucharistia: de articulis fidei praecipuis et de articulis ad abusus tollendos.
- b Pars prior concinnatur ad reconciliationem fovendam: non aboletur missa; summa reverentia celebratur; imo servantur ceremoniae fere omnes; sola differentia est cantus hymnorum lingua vernacula, sermo invitans ad communionem plam sacramenti pretiosissimi; unde "non videntur missae apud adversarios maiori religione celebrari quam apud nos."
- c Pars altera contra abusus agens quaestiones dogmaticas aggreditur. Inter omnes constat de abusu quo sacerdotes non celebrant nisi stipendi et mercedis causa; medium efficacissimum est suppressio missarum privatarum omnium. Qui abusui annexitur opinio quedam theologica: Xtum mortuum ad delendum peccatum originale; missas offerri ad delenda peccata quotidiana vivorum et mortuorum ex opere operato. Arguitur ex Hebr 10: 10-14 sacrificium crucis valere non solum pro peccato originali sed etiam allis omnibus culpis. Praeterea ex doctrina Pauli iustificatio est ex fide, id quod excludit opus operatum missarum. Unde reformatores celebrant unam missam publicam die dominica ad excitandam fidem iustificantem et ad communicandum. Ceteroquin solo numero differunt praxis protestantica et catholica. Scilicet omnia media usurpantur ut revolutio theologica radicalis sub specie abusus corrigendi perficiatur.

Reformatorum doctrina (3).

4. Apologia Confessionis a Melanchthon composita.

a "Praefandum est nos non abolere missam sed religiose retinere ac defendere."

b Remissio peccatorum est ex fide: unde missa non est sacrificium eo sensu quod per missam remittuntur culpae vel paenae.

c Adversarii reformationis non definiunt sacrificium: tantum arripiunt nomen ex SSer vel PP.
Definitur sacrificium "ceremonia vel opus quod nos Deo reddimus ut eum honore afficiamus."

Dividitur sacrificium in sacrificium propitiatorium, quo ira Dei placatur et peccatorum remissio obtinetur, et sacrificium eucharisticum, quod a iustificato offeratur ad gratiarum actionem.

Solum sacrificium propitiatorium est mors Christi.

Orationes bona opera fidelium esse non possunt nisi sacrificia laudis.

Reprehenduntur catholici propter formalismum ceremoniarum.

d Textus SSer annuntiantes novum sacerdotium et sacrificium recte intelliguntur de solo Christo.
Textus PP. de sacrificio nihil dicunt nisi sacrificium laudis.

e Nullum testimonium SSer circa missas pro defunctis.

"Cum missa non sit satisfactio, nec pro poena nec pro culpa, ex opere operato sine fide, sequitur applicationem pro mortuis intutilem esse"

Missa pro defunctis satisfactoria ei videtur adeo passioni Xti et fidei iustificanti adversari ut "baaliticus cultus" dici debeat.

f Apologia confessionis clare reicit quod obscure ipsa confessio.

5. Testimonia posteriora.

a Anno 1553 Lutherus publici iuris fecit opusculum "Von der Winkelmesse und Pfaffenweihe" quod violentia sua priora antecellit. Ex commerdo epistolari apparuit eum scandalizasse vel Protestantes Lutheranos qui eum erroris Zwinglii redarguerunt. Unde epistola quadam publica affirmat se tantummodo censurare idolatriam papisticam et non usum legitimum sacramenti apud reformatores.

b Mense februario anno 1537 redacti a Luthero et signati a reformatorum dubibus erant articuli dicti Smalcaldenses.

Principium initio stabilitur: opus redemptivum solius Xti et iustificatio per fidem operibus exclusis omnibus. Concluditur missa in papatu sic esse maxima et horrenda abominatione, simpliciter et hostiliter pugnans contra articulum primum (de redemptione et iustific) Missa est inventum humanum, immo inutile quia communio omnia facit, immo impium quia derogatur sacrificio crucis. Unde secutae sunt consequentiae funestae, multiplices abominationes et idolatriae, puta fidem in purgatorio et superstitiones inde ortas, peregrinationes, confraternitates, cultum reliquiarum, usum indulgentiarum.

Reformatorum doctrina de sacrificio missae.

3. Symbola officialia.

- a Confessio apud Zurich (1523) sacerdotes reprehendit quod missam in sacrificium ante plura saecula mutaverunt; xianis unicum est sacrificium crucis.
- b Confessio apud Genevam (1536): Cum missa papistica fuerit ordinatio damnabilis et diabolica ad mysterium sanctae caenae corruptendum, declaramus eam habere execrationi esse sicut idolatriam a Deo damnatam.
- c Confessio scotica: reicit, detestatur opinionem papisticam quae missam sacrificium velit. Alibi: diabolicam missam, sacrilegum sacerdotium, abominandum pro vivorum mortuorumque peccatis sacrificium.
- d Confessio Westmonasterii (1562-63): "Oblatio Christi semel facta, perfecta est redemptio, propitiatio, satisfactio... Neque praeter illam unicam est ulla alia pro peccatis expiatio.... Unde missarum sacrificia, quibus vulgo dicebatur sacerdotem offerre Xtum in remissionem paenae aut culpe pro vivis et defunctis, blasphemæfigmenta sunt et perniciosæ imposturæ."
- e Confessio hungarica (Erlauthal) (1562): "Missa papistica horrenda idolatria... Fit enim in sacrificio missæ papisticæ idolatria, Xti illusio, panis adoratio, gratiae Dei et Christi suppressione. Afferre missam tollere peccata omnia et conversionem, paenitentiam, viribus hominum fieri posse est occasionem dare ad omnia scelera.... Patres caenam memoriam sacrificii dixerunt... non ipsam salutem... Patres ignorarunt missam papisticam..... Tota doctrina caelestis et risus missae a diabolo per papas et indoctos homines corrupta et immutata sunt impio et temerario ausu..."
- f Confessio gallica (1559): non directe damnat missam sed indirecte, asserendo unicum sacrificium crucis, negando aliud medium praesumptum ab hominibus tamquam derogans sacrificio passionis et mortis Xti, praeterundo aliam rationem in eucharistia quae dicitur sacramentum.

Conclusio

Omissa violentia impugnationis, quae signum debilitatis præ se fert neque apta non est ad conciliandum favorem in evangelium Christi, protestantes opinabantur oblationem eucharisticam derogare sacrificio crucis et exhibere pharisaeismum operum externorum.

Reformatorum doctrina de sacrificio missae.

Aliae ecclesiae praeter lutheranam.

1. Zwinglii doctrina.

Usque ad annum 1523 plena fere concordia inter ecclesiam helveticam et germanicam reformatam. Post divisio circa realem praeäsentiam: at ideo nulla disceptatio circa nostrum propositum, nempe, utrum missa sit sacrificium.

Xtus semel se ipsum obtulit. Sacrificium est efficax et perpetuum pro peccatis omnium fidelium. Missa non est sacrificium sed sacrificii memoriale, pagnus redēptionis operatae. Sicut caetera sacramenta, eucharistia est signum, pignus, testamentum concretum promissionis divinae.

Xtus numquam iussit: "offerte me Patri meo." tantummodo manducare et bibere iussit.

Xtus illus tantum offertur ubi patitur, sanguinem suum fundit, moritur; haec enim aequipollent. Xtus non potest ultra mori, pati, sanguinem fundere. Plenam identitatem facit inter "mactari cruentum" et "offerri": unde concludit, cum Xtum semel sit mactatus, semel esse oblatum.

Negat denique missam esse opus quo alter alteri, defuncto aut viventi, gratiam impetraret.

2. Calvini doctrina.

Sicut Lutherus tacite agnoscit consensum ecclesiae de sacrificio missae: "Horrendae abominationis caput fuit.. quum pestilentissimo errore totum paene orbem obcaecavit [Satan] ut crederet missam sacrificium et oblationem esse ad impetrandam peccatorum remissionem."

Negat ullam aliam applicationem sacrificii crucis praeter evangelii praedicationem et caenae celebrationem. Sicut distat aqua ab igne, ita caena a missa.

Antiqui sane nomen sacrificii usurpaverunt: at sese explicaverunt. Passim enim dicunt non alia ratione caenam esse sacrificium nisi quod est memoria, imago, testamentum, illius singularis et veri et unici sacrificii in cruce peracti. Post concedit missam dīcā sacrificium inquantum est sacrificium laudis. Hac conditione ut sit solum sacrificium laudis et gratiarum actio ad puritatem originis reduci potest missa; quae tamen apud catholicos, omissis etiam appendicibus, "a radice ad fastigium omni genere impietatis, blasphemiae, idolatriæ, sacrilegii, scatet".

Adseritur sacrificium missae esse propitiatorium et impretratorium pro fidelibus vivis et defunctis: sicut et concilium praescindimus a quaestionibus ulterioribus circa infideles

"Quare non solum pro fidelium vivorum peccatis, poenis, satisfactionibus, et aliis necessitatibus, sed et pro defunctis in Xto nondum ad plenum purgatis rite iuxta Apostolorum traditionem offeratur"
DB 940 cf 950.

Latreuticum: quod dirigitur in cultum Dei creatoris et finis

Eucharisticum: quod dirigitur in gratiarum actionem pro beneficiis collatis

Impetratorium: quod dirigitur in petitionem et supplicationem pro beneficiis obtainendis

Propitiatorium: quod dirigitur ad placandum Deum cum ut culpae condonentur tum ut peccatae satisfaciantur.

Nota: propitiatorium, De fide definita, DB 940, 950; impetratorium, de fide catholica, implicite in aliis necessitatibus DB 940 950

Probatur:

latreuticum: Mal 1 11 "magnum est nomen meum in gentibus" quia

"a solis ortu ad occasum in omni loco sacrificatur"

eucharisticum: ex ipso nomine eucharistiae inde a primis temporibus eg Didache R 6-8.

propitiatorium

a Mal 1 10, successit sacrificiis VT (cf DB 939) ideoque omnem eorum efficaciam habet; unde

Sacrificium missae habet omnem efficaciam quam sacrificia VT atqui sacrificia VT habebant efficaciam propitiatorium ergo

b In sacrificio missae est idem offerens, eadem hostia, idem valor ac in sacrificio crucis

At qui sacrificium crucis erat propitiatorium

Ergo

Maior: nam est unicus pontifex, unica victima NL; Hebr 7 24-28; 9: 12 24-28; 10: 12-14 18; supposito ergo missam esse sacrificium, statim habetur Christum esse pontificem et victimam in isto sacrificio.

praeterea, idem est valor in missa ac in cruce; missa enim applicat (DB 938); Leo XIII "hanc ipsam virtutem sive ad expiandum sive ad exorandum voluit Xpus integrum permanere" "nullo modo altera sed ipsa illa (expiatio) in sacrificio eucharistico inest" "sacrificium in cruce consummatum perpetuum et perenne fieret"

Minor: cf. tractatus de Redemptione.

c Ex PP. Liturgiis Traditione

R 367 Tert, 851-53 Cyr Hier, 1206 Chrys, 1339 De Sacr, 1516 1744
1866 1930 1934 Aug, 2323 Greg M

Liturgiae: vide Filograssi; adde Didascalia (Connolly 252)

impretratorium:

vide supra "propitiatorium" argumenta b et c

3/4/74 c

... non solum latreuticum et eucharisticum sed etiam propitiatorium et impetratorium.

Haec secunda pars ponitur, non quod in praesenti ordine salutis datur verum et proprium sacrificium quod non sit propitiatorium et impetratorium, sed quia explicite doctrinam reformatorum reicere volumus.

In genere enim reformatores docuerunt opus redemptivum esse solius Xti, iustificationem fieri per fidem fiducialem exclusis operibus omnibus. In specie, vide folia supra.

Contra est doctrina Trid: DB 940; cf. 938 "applicaretur"; 950 "pro aliis necessitatibus"

Fundamentum Tridentini est hoc: sacrificium crucis est propitiatorium et impetratorium; atqui in missa idem nunc offert sacerdotum ministerio, eademque est victima; ergo etiam missa est propitiatorium et impetratorium.

~~Non tamen ponitur aliud sacrificium simpliciter independens: "cuius quidem oblationis (cruentae, inquam) fructus per hanc incruentam uberrime percipiuntur"~~ 940

Quod eadem est victima, constat stabilita reali praesentia

Quod idem sacerdos principalis, explicat Catechismus Romanus conc. Trid. ex eo quod minister non dicit "Hoc est corpus Xti" sed "Hoc est corpus meum" "personam videlicet Christi Domini gerens" n. 238; idem docent theologi

Notandum tamen quod causa principalis inquantum conficitur sacramentum est Deus, inquantum offertur sacrificium est Xpus homo.

Non tamen ponitur sacrificium simpliciter independens: "cuius quidem oblationis (cruentae inquam) fructus per hanc incruentam uberrime percipiuntur" DB 940; cf. "applicaretur" DB 938

Cf. "Mirae caritatis" (Leonis XIII Acta, Romae 1903, v. 22, p. 132-4) "Sed hanc ipsam virtutem (scil obitae a Christo mortis) sive ad expiandum sive ad exorandum voluit Christus integrum permanere in Eucharistia quae mortis ipsius non inanis quaedam nudaque commemoratione sed vera et mirabilis, quamquam incruenta et mystica, renovatio est."

Cf. "Ad episcopos Scotiae" (ibid. v. 18, p. 110-11) "Christus cruci suffixus..... Omnino perfecta atque absoluta illa expiatio mortalium fuit: nec ullo modo altera sed ipsa illa in sacrificio eucharistico inest. Quoniam enim sacrificalem ritum comitari in omne tempus religioni oportebat, divinissimum fuit Redemptoris consilium ut Sacrificium semel in Cruce consummatum, perpetuum et perenne fieret. Huius autem ratio perpetuitatis inest in sacratissima Eucharistia, quae non similitudinem inanem memoriam tantum rei affert, sed veritatem ipsam, quamquam specie dissimiliam dissimili: proptereaque huius sacrificii efficientia sive ad impetrandum sive ad expiandum ex morte Xti tota fluit."

Unde colligitur nullo modo derogari sacrificio crucis (DB 940, 951)

Neque, alia ex parte derogatur sacramentis: numquam enim intellexit ecclesia ita per sacrificium missae peccata ingentia dimitti ut nullum sit opus sacramento paenitentiae; haec peccatorum dimissio (DB 940) sic est intelligenda ut per sacrificium conciliatur ille favor divinus unde et sacramenta habeant efficaciam et homines habeant voluntatem et recipiendi et bene recipiendi sacramenta. Qua de causa dicit concilium "gratiam et donum paenitentiae concedens" et magis explicite in priori quodam schemate (6 augusti 1562, Filograssi p 265)

A a Etsi oblatus est

a ut magistrum operatur

b genitum in entingendum

c quo nata tradidit

B ut sacrificium religavit

a quo representat

b permaneat

c applicante

C declarans

D oblatum

D tradidit

D₃ praecepit

De Valore Sacrificii Missae

1. E thesi sequitur corollarium: sacrificium missae valet ad Deum colendum, ei gratias agendum, eum propitiandum, et beneficia ab eo impretranda.

Unde constat sacrificium missae habere valorem.

2. Qui tamen valor non est simpliciter alius et superadditus valori qui inest sacrificio crucis.

Missa enim applicat crucem (DB 938); per missam fructus cruentae immolationis uberrime percipiuntur (DB 940); missa non derogat cruci (DB 940 951) at derogaret cruci tamquam insufficienti si valor quidam simpliciter alius valori crucis superadderetur.

3. Reliquum est ut valet missa non ratione sui sed ratione crucis.

Sacrificium missae valet, quia sacrificium crucis valet; seu valor qui inest sacrificium crucis, causat valorem qui missae inest.

Cf. analysis nostram scdm quam missa est sacrificium quia crux est sacrificium.

4. Quaeri tamen potest utrum idem numerice valor qui cruci inest missae quodammodo communicetur, an valor crucis aliud valorem in missa producit.

Respondendum videtur affirmative ad priorem partem negative ad posteriorem.

Arguitur ex auctoritate Leonis XIII ad episcopos Scotiae (supra cit) a nec ullo modo altera (expiatio) sed ipsa illa in sacrificio eucharistico inest

b divinissimum fuit redemptoris consilium ut sacrificium semel in cruce consummatum perpetuum et perenne fieret.... eucharistia quae non similitudinem inanem memoriamve tantum rei affert sed veritatem ipsam quamquam specie dissimili

Arguitur deinde ex analysi missae

a In missa non datur nova victima, novum oblatum, materialiter: idem scilicet numerice est Xitus qui in missa et in cruce offertur.

b In missa non datur nova victimatio formaliter quae intrinsece Christum afficit: perficitur enim realis praesentia quin Xitus in se ullatenus mutetur

c Sed in missa Xitus, in statu victimali aeternaliter permanens in caelis, accipit ab extrinseco determinatio illa quae est "offerri" "immolari" quatenus novum sacrificium relativum visibiliter perficitur

d Cuius tamen oblationis vel immolationis efficacia est non ad repetendum et multiplicandum sacrificium crucis sed ad idem sacrificium perpetuandum

Si enim sacrificium est in genere dioni, Xitus non iterum se donat, sed donatum et non retractatum permanet et ratum habetur.

Si vero sacrificium est in genere symboli, non iterum exprimit totalam sui deditioem Dei sed olim factam expressionem commemorat extrinsece per species panis et vini separatas et verba consecatoria.

Neque fit effugium per appellationem ad actum Xti interiorem quo vult et intendit multa sacrificia: sacrificium enim est actus exterior; neque unitas actuum exteriorum multiplicatur multiplicatis actibus interioribus. Praeterea, negari potest quod actus interiores multiplicantur: si enim unum est obiectum, una et perfectissima est voluntas, etiam una est volitio; sed unum est obiectum, nempe, sacrificium crucis per missam perpetuandum

De valore sacrificii missae.

5. Distinguitur "opus operatum" et "opus operans."

Opus operatum dicit valorem missae quantus est ex Christo pontifice offerente et Christo victima oblata.

Opus operans dicit valorem accidentalem ex dispositionibus offerentium secundariorum.

Distinguitur opus operatum sacrificii et sacramenti: in utroque casu dicitur efficacia quae est ex Christo independenter a dispositionibus caeterorum hominum; sed haec efficacia in sacramentis est causalitas quaedam efficiens instrumentalis; in sacrificio vero est causalitas moralis, quatenus Deo exhibetur id quod aptum natum est ad eum colendum propitiandum petend exorandum.

6. Sacrificio missae inest valor ex opere operato

Institutum enim est/aplicandam salutarem virtutem crucis DB 938 nulla indignitate aut malitia offerentium inquinari potest DB 939 vere est propitiatorium quia idem Xpus in eo continetur et immolatur qui in cruce, ita ut per hanc oblationem illius fructus uberrime percipiuntur DB 940 :: Atqui haec dicunt valorem missae inesse independenter a dispositionibus offerentium secundariorum seu ex opere operato.

Praeterea, scdm Leonem XIII virtus crucis sive ad expiandum sive ad exorandum integra permanet in sacrificio eucharistico; est eadem et non altera expiatio.

Praeterea, nisi missa haberet valorem ex opere operato, minoris esset quam magis fervens interior oblatio sacrificii Xti privatim facta uti notat Suarezius, de Euch, disp 79, sect 1, n 4.

7. Distinguitur valor ex opere operato in valorem in actu primo et valorem in actu secundo.

Valor in actu primo dicit valorem missae in se spectatae.

Valor in actu secundo dicit valorem missae quatenus inspicuntur fructus actu ex missa percepti.

8. Valor missae ex opere operato in actu primo est infinitus.

Haec infinitas non est entitativa: agitur enim de actibus Xti ut hominis. Dicitur infinita ratione personae offerentis et oblatae, scilicet, secundae personae SS Trinitatis.

Haec infinitas innuntur in Conc Trid ubi ait X oblationem missae complecti omnia bona significata per vetera sacrificia tamquam illorum omnium consummationem et perfectionem DB 939; nam priora sacrificia significabant opus Xti redemptivum.

Leo XIII "Divina est haec immolatur hostia; eritis in eam igitur tantum augustae Trinitati tribuimus honoris, quantum dignitas eius postulat; infinitum quoque et pretio et suavitate munus exhibemus Patri, Unigenitum suum" Mirae caritatis 28 maii 1902

9. In actu secundo valor missae dici potest infinitus scdm quid:

a quatenus finis ultimus est donum Dei visi

b quatenus remissio peccati est remissio offendae infiniti Dei

c quatenus fructus redemptionis numquam exhauiuntur

Attamen simpliciter est dicendus finitus

a quatenus fideles incapaces sunt bonitatis infinitae formaliter receptae

b quatenus mos est ecclesiae paepius offerre pro eadem intentione

De Valore sacrificii missae.

5. Circa valorem missae distinguitur inter "opus operans" et "opus operatum."

Illud respicit actum humanum quo fit sacrificium: sicut omnis alius, ita etiam hic actus humanus qua bonus placet Deo et habet coram Deo rationem meriti seu retributione est dignum secundum iustitiam (cf I-II 21 3&4).

Opus vero operatum respicit sacrificium in se, ipsum opus, praeclarissime facta.

De offerentibus missam

1. Offert ecclesia universa.

a Trid: "se ipsum ab Ecclesia per sacerdotes sub signis visibilibus immolandum" DB 938 "sacerdotes esse ministros publicos ecclesiae" DB 944 "Ecclesia in honorem et memoriam sanctorum missas celebrare consuevit" DB 941

b Liturgia: "Hanc igitur oblationem servitutis nostrae sed et cunctae familiae tuae, quae sumus Domine, ut placatus accipias"

"Ecclesiae tuae quae sumus De dona propitiis intuere, quibus non iam aurum thus et myrrha profertur, sed quod eisdem muneribus declaratur immolatur et sumitur, IC, Filius tuus, Ds noster" Scr. Epiphan.

c Pius XI, Miserentissimus Redemptor (8 Maii 1928) AAS 20: 170-172 apud Filograssi p. 279

d Ex indole sociali sacrificii.

Sacrificium offertur a societate cuius est sacrificium; atqui missa est sacrificium ecclesiae; ergo ecclesia offert sacrificium.

e Quomodo fideles offerunt?

Eo ipso quod sunt membra corporis Xti mystici, volunt ea quae per ministros publicos huius corporis peraguntur.

Unde dicuntur "genus electum, regale sacerdotium" (1 Pet 2 9)

Praeterea, actu velle possunt has oblationes fieri in universo orbe a solis ortu usque ad occasum.

Praeterea, debent sui immolationem cum sacrificio Xti coniungi "quamobrem cum hoc augustissimo sacrificio et ministrorum et aliorum fideliū immolatio coniungi debet, ut ipsi quoque 'hostias viventes, sanctas, Deo placentes (Rom 12 1)' sese exhibeant" Pius XI loc cit sup c; cf. Augustinum.

2. Offerunt sacerdotes celebrantes

a DB 940 sacerdotum ministerio; DB 938 ab Ecclesia per sacerdotes; DB 944 sacerdotes sunt ministri publici ecclesiae

b Per se evidens: probatur Xthus esse offerens principalis eo quod sacerdos gerit personam Xti; cf Cat Rom conc Trid.

c Valet celebratio a sacerdote praeciso et exauktorizato, modo habeat intentionem faciendi quod facit ecclesia: manet enim character baptismalis et ordinis; et adest necessaria intentio; unde agit ut instrumentum ecclesiae et offert sacrificium ecclesiae. E contra si praevalet intentio agendi extra ecclesiam nomine cuiusdam sectae, non valet consecratio neque datur sacrificium. MF eluc XXXIII ubi sat plene de historia quaestio[n]is.

3. Offerunt celeb[ar]ationem procurantes et adstantes.

a Procurantes, h.e. stipem dantes; locum tenent illorum qui olim materiam sacrificii subministrabant; sacerdos est mediator in donis Deo offerendis -- stipendum vero, partim quidem ad sustentationem sacerdotis dirigitur (qui altari inservit, de altari vivit), partim vero ad materiam comparandam quae in corp's et sanguinem Di transmutatur -- unde sacerdos mediator tenetur conformare intentionem suam intentioni offerentis. MF eluc 27//et pro omnibus circumstantibus.. qui tibi offerunt

b Adstantes: Orate fratres ut meum et vestrum sacrificium; Canon //

De mensura fructus percepti e missa (MF eluc 25-33)

1. Uti iam est stabilitum, hi fructus sunt simpliciter finiti.

2. Scdm communem vel saltem communiorem theologorum sententiam,
mensurantur fructus seu sunt maiores vel minores secundum
a devotionem ecclesiae
b devotionem celebrantis, stipem dantis, adstantium fidelium

3. Agitur de fructu ex opere operato.

Sicut enim sacramenta gratiam conferunt ex opere operato, et
tamen maiorem vel minorem conferunt secundum dispositiones ~~xss~~
suscipientium (quidquid enim recipitur ad modum recipientis recipitur),
similiter in missa datur fructus in actu primo infinitus quatenus
Xtus victima a Xto sacerdote offertur, et tamen hic fructus limitatur
modo quodam proportionato devotioni quae inest causis Xto subordinatis
in offerendo.

Missae sacrificium essentialiter in sola utriusque spedæi consecratione consistit.

missa: nota liturgia ecclesiae catholicae

sacrificium: variae definitiones iam datae

actio visibilis (DB 938) in qua soli Deo (DB 941)

a sacerdote (DB 938 940 944) hostia offertur seu immolatur (DB 938 940)
ad Deum placandum et hominibus propitium reddendum (DB 940 950)

symbolum proprium affectus sacrificialis

consecratio: verbis et rebus quibus fit transsubstantiatio

utraque species: panis et vinum

consistit: habetur, perficitur

actio sacrificialis in instanti perficitur sed hostia
immolata, victima oblata manet super altare donec consumatur

essentialiter: opponitur ad partes necessarias et integrantes
sacerdotis uti communionem, tum etiam ad partes accidentales uti ritus quosdam
qui aliquando omitti possunt.

Nota

a quod consecratio pertinet ad essentiam, (theologice) certa ex
consensu theologorum

b quod sola consecratio est essentialis, probabilior et communior

Adversarii

a Episcopus Bellord, Amer Eccl Rev 33 1905 1-14 258-73

Sacrificium est caena in qua habetur unio cum Deo per mandationem
et potum; crux per se sola non est sacrificium nisi in quantum organice
uniatur cum ultima caena vel missa -- fundamentum exquisitum ex historia
religionum

b Franz Renz, Die Geschichte des Messopferbegriffs, 1902, Dillingen
Sacrificium est sanctificatio subiectiva per mortem voluntariam
hominis perfecte et plene liberi; unde omnia sacrificia talia per crucem

In missa duplex elementum: materiale quo conficitur repraesentatio
mortis Xti, consecratio; et formale quo subiective per communionem
sanctificamur

c Bellarminus: communio essentialis ut habeatur destructio victimæ
Dom. Soto⁷ Ita etiam/Salmanticenses, S. Alphonsus Liquori, Patres congregationis
sanctissimæ Redemptoris (Marc, Hermann, Aertnys), Ridder, Gibergues

Probatio (DTC 10: 1247-61; Pesch §§895-901; Filograssi pp 285 ss)

Arguitur per exclusionem:

a Essentia missae non consistit in vestimentis, ceremoniis, actionibus
et orationibus liturgicis quae temporum decursu ab ecclesia sunt
inventa et praescripta -- nam sacrificium missæ est non de iure ecclæ-
siastico sed de iure divino; est a Xto institutum "Hoc facite in mei
memoriam" DB 938 949; sed ab ecclesia auctum DB 942 943

b Distributio communionis fidelibus non est ipsum sacrificium neque
pars essentialis sacrificii -- Nam conc Trid ~~zu~~ affirmat missas in
quibus nulla distributio esse licitas, ideoque validas DB 944 955;
nam illicitum est invalide celebrare et debet

c Fractio panis non est de essentia, nam potest/omitti sedm
Rubricas missalis §10, n. 10 (De defectibus in ipso ministerio) si
hostia in calicem cecidit et tota madefacta est.

d Benedictio ante consecrationem non de essentia, nam circa panem
et vinum et non circa corpus et sanguinem Xti quae hoc sacrificio
efferuntur DB 949; aliae benedictiones non de iure divino, quantum
aestimare possumus ex evangeliiis.

Essentia missae, in quonam rito, con'd.

e Communio non est de essentia missae (communio nempe sacerdotis)

Admittemus consecrationem continere ordinem essentialiem ad communionem sacerdotis (sent communis post Suarezium): nam hoc sacrificium est institutum ut manducatione et potatione participetur.

Sed haec relatio in consecratione non facit communionem ipsam vel essentiam vel partem essentialiem.

Neque aliunde constat: falso enim dicitur communio esse necessaria ad destructionem victimæ; nam victima huius sacrificii est Xpus qui intrinsece non afficitur communione

Praeterea, falso arguitur ex commemoratione defunctorum post consecrationem: conceditur applicatio fieri deberi ante sacrificium perfectum, sed negatur haec commemoratione esse applicatio sacrificii

Denique, sacrificium est in honorem Dei et tantummodo per consequens in utilitatem nostram; sed communio sacerdotis per se et natura sua est inutilitatem communicandis.

II. Arguitur ex instrumentalitate sacerdotis.

In missae essentia sacerdos est instrumentum Xpi offerentis principalis.

Atqui in sola utriusque speciei consecratione sacerdos est instrumentum Xpi offerentis principalis.

Ergo in sola consecratione ~~sacerdotis~~ invenitur essentia.

Mai: DB 940, Cat. Rom., TT.

Min: Eo quod sacerdos consecrat, multo maiis Xpus consecrat; sicut eo quod Petrus vel Iudas baptizat, Xpus baptizat. At nemo diceret eo quod sacerdos manducat et bibit corpus et sanguinem Domini, ideo etiam in missa Xpus manducat et bibit suum corpus et sanguinem.

Difficultates

1. Commemoratio defunctorum tamquam applicatio -- supra

2. Orationes post consecrationem ut Deus hostiam acceptam habeat; ergo non iam perfectum sacrificium

R. Bossuet, DTC 10,1258, istae orationes respiciunt corpus mysticum quod se unit cum Xpo et se immolat cum Xpo

3. Vide Filograssi pp 289 ss.

De Sacrificio Missae -- Ratio intelligibilis.

1. In omnibus creatis distinguitur duplex finalitas:

Horizontalis, quae est secundum ipsius rei essentiam et naturam, seu id propter quod res fit et ad quod attingendum intrinsece proportionatur.

Verticalis, quae est secundum rei adiuncta in concreto, seu id propter quod res fit et ad quod attingendum proportionatur non intrinsece secundum suam essentiam et naturam sed extrinsece propter concreta adiuncta (puta, instrumentum, dispositionem, materiam, potentiam obedientiale).

2. In instrumento qua tali, seu in eo quod totaliter est instrumentum, duplex finalitas inseparabiliter coniungitur.

3. Sacrificium est totaliter instrumentum: puta, non existit nisi ut instrumentum.

4. Secundum horizontalem finalitatem sacrificium est symbolum proprium affectus sacrificialis: per se et secundum suam essentiam sacrificium proportionatur ad symbolizandum talem affectum modo proprio

Secundum verticalem finalitatem sacrificium est donum Deo datum in eius honorem, ea ad eum honorandum, ei gratias agendum, eum placandum atque esserandum exorandum.

5. Unde in sacrificio missae duplex ratio est distinguenda: ratio symboli et ratio doni.

Sacrificium missae prout est donum est idem numerice donum in cruce oblatum, non retractatum, sacerdotum ministerio renovatum, scilicet, Corpus et Sanguis DNIC.

Sacrificium missae prout est symbolum est diversum numero et specie symbolum a symbolo crucis; attamen per et propter symbolum crucis, sacrificium missae est symbolum affectus sacrificialis

6. Sacrificium est oblatio externa (proprie symbolica oblationis internae) Deo facta ad eum colendum, propitandum, exorandum, eique gratias agendum.

Quae uncis includuntur dicunt rationem essentialē et horizontalem

Caetera dicunt rationem huius ad Deum habitudinem verticalem

Materialiter oblatum: id quod offertur sacrificatur prout res physica

Formaliter oblatum: idem prout accedit ratio symbolica oblationis internae

De Unitate

Sensibilitas → ex sensibilitate = function
ex contumitate → ex sensibili = logic

phenomenon in abstracto → logos rationalis, function

phenomenon in concreto → abstraction

abstraction → hypothesis concrete → individual particular
reflective → reflection → objectivity
objectivity → experience
experience → history → logic
history → logic → objectivity
objectivity → abstraction → individual particular
individual particular → abstraction → objectivity
objectivity → experience → logic
logic → objectivity → abstraction → individual particular
individual particular → abstraction → objectivity
objectivity → experience → logic
logic → objectivity → abstraction → individual particular

Fides → Ratio: Deus unus sapiens
Fides: Deus misericordia misericordia

ratio → ratio + ratio intellectus
ratio intellectus → ratio + ratio affectus
ratio affectus → ratio + ratio voluntatis
ratio voluntatis → ratio + ratio desiderii
ratio desiderii → ratio + ratio intentionis
ratio intentionis → ratio + ratio intentionis
ratio intentionis → ratio + ratio intentionis
ratio intentionis → ratio + ratio intentionis
Eucharistia [sic] → ratio ad Iesum - missio pacis conscientiae
[sic]: ratio ad Christum confirmationem

Deus

Xtus

✓ beatitudo ultime perfecta

✓ cognitio non ordinabilis eterna

simpliciter & proprieatate

conveniens → proprieatatis naturae

gas vivimus ratio illius

per partem rationis sicut illa

per partem rationis

per unigenito non rationabile

et non

conveniens ratio ultime

ratio beatitudinis ultime

ratio beatitudinis rationis corporis

... non solum latreuticum et eucharisticum sed etiam propitiatorm et impetratorium.

Omne opus bonum, quatenus bonum, Deo placet; praesterea omne opus habet rationem meriti vel demeriti, quae dicuntur in ordine ad retributionem secundum iustitiam; retributio vero secundum iustitiam fit ex eo quod aliquid agit in proiectum vel documentum alterius (I-II 21 a 3 cf 4).

Iam vero sacrificium est aliqua actio, aliquod opus; et sic ei competere videtur ratio bonitatis vel malitia, meriti vel demeriti.



Attamen sacrificium qua tale non est in genere operis sed in genere symboli: scilicet est actio et opus quae tamen symbolice tamquam forma extenduntur super caeteras actiones caeteraque opera.

Puta, sacerdotem offerre pro communitate communitate sociali; sacerdotem hic et nunc eam mentem idque cor erga Deum exprimere quae in omnibus suis actionibus et in omnibus populi actionibus non tam inest quam inesse desideratur.


Aliter: sacrificio exprimimus totalem nostram Deo deditonem; quae tamen deditio totalis non in omnibus actibus invenitur; at sensus sacrificii atque intentio est ut per hunc actum symbolicum

- a) supplemus ordinacionem ad Deum quae in aliis actibus caeterorum bonis aliqualiter deest -- latria
- b) redimamus culpas quibus Deum offendimus et pro debitis poenis satisfaciamus
- c) eam animi gratitudinem exprimamus quam semper et in omnibus exprimere deberemus
- d) petitiones Deo deferamus pro necessitatibus semper instantibus, quia semper non sumus satis recollecti Deoque propinqui ut convenientias possimus continuo exponere.

Notes on Latin



Philosophia Naturalis



Eucharistia verum est sacramentum Novae Legis, permanens, materialiter plura sed formaliter et perfective unum.

Termini:

Eucharistia: ritus sacerdotalis christianus in pane et vino
verum sacramentum novae legis: signum efficax gratiae perennitatem a Christo institutum

permanens: opponitur momentaneo, nempe, Eucharistia est sacramentum non tantum quando conficitur vel consumitur ~~per~~ sed per temporis intervallum a confectione ad consumptionem

unum: indivisum in se et divisum ab omnibus aliis

formaliter: in quantum est sacramentum, in quantum est signum, unum ratione significationis

perfective: ex integratione partium concurrentium ad unum finem (eg domus integratur ex omnibus partibus quae sunt necessaria ad inhabitandum III 73 2) (unum ex indivisibilitate, continuitate, perfectione)

plura: non unum

materialiter: secundum esse materiale, opponitur esse signi.

Nota:

Verum sacramentum novae legis, De fide definita, DB 844 cf 874-76

Quod "sacramentum tantum" est permanens (h.e. signum externum, panis, vinum, verba prolati secundum vim significandi), Communis et certa.

Quod "res et sacramentum" est permanens (h.e. realis praesentia), De fide definita, DB 886 (cf 878-79 888-89) et thesi superiori tractatum.

Quod est unum sacramentum, Communis et certa

Quod formaliter et perfective est unum, Explicatio conveniens.

Adversarii:

Antiqui protestantes et orthodoxi ponentes omnem prorsus efficaciam in fide fiduciali

Protestantes liberales et rationalistae negantes originem Eucharistiae derivari ab institutionem Christi.

Probatio:

I. Est verum novae legis sacramentum.

Institutionem Christi: Signum: panis, vinum, verba
Perennitatem institutum: hoc facite in mei memoriam; nisi mandaueritis... Ioh.
Evan. Pe. Lcma

Significatio et collatio gratiae: Io 6: 55, 58

Significatio pars gratiae, ratione crede — Absentia permanentia ex nobis sua determinatio

II. "Sacramentum tantum" est permanens. In significando per verbis

Circa materiam sacramenti (panem et vinum) patet

R(u) 498 Circa formam sacramenti (verba), patet ea non esse permanentia materialiter secundum quod sunt undulationes in aere, neque hoc asseritur; sed semel prolati effectum tamen significandi exercere pergunt, sicut et omnia nomina et verba (puta me non continuo repeterem "nunc proba partem secundam; nunc proba partem secundam...") sed hoc semel dicto continuo tamen significatur donec formaliter vel materialiter retractetur); circa formam ergo vel verba asseritur illa permanentia virtualis in significando quae naturaliter verbis convenit.

III. "Sacramentum et res" est permanens. Cf. ff Dugas, 51 52.

IV. Est formaliter et perfective unum.

Ubi una est significatio, unum formaliter est sacramentum. Atqui in Eucharistia sub duplidi specie datur una significatio. Ergo...

Mai: evidens, tautologia; unum formaliter sacramentum dicit unum ratione significationis.

Eucharistia, sacramentum, pars IV^a, unum.

Min: significatur enim una crucis hostia (corpus pro vobis traditum; sanguis pro vobis effusus in remissionem peccatorum, sanguis novi testamenti)

Ubi multa concurrunt ad unum perfecte significandum, datur unitas perfectiva

Atqui in eucharistia multa concurrunt ad unum perfecte significandum. Ergo....

Mai: evidens, tautologia; unum perfective definitur integrum ex concurrentia multorum in unum finem.

Min: una crucis hostia duobus perfecte significatur; quod enim Xitus duplici specie repraesentatur, significat separationem sacrificalem corporis et sanguinis in cruce.

Difficultates: Dugas folia 8-12

R(sw) 499 R(sw) 493 R(sw) 495-7; ^{medius} 489

Scholion: De ministro, materia, forma huius sacramenti, Dugas folia 13-22

Obiectio:

Datur verum sacramentum sub una tantum specie [verumque sacramentum sumi ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari qui unam speciem solam accipiunt DB 932]

Atqui si ~~unum~~-sacramen verum sacramentum sub una specie, duplex verum sacramentum sub duplice specie.

Responsum:

Verum sacramentum sub una specie: verum sacramentum sumptio C, ~~confessione~~ verum sacramentum significatione perfectum sub una specie N Hoc est, requiritur duplex species ad perfecte significandam hostiam crucis, sed sufficit una species ad perfectam participationem epuli seu caenae sacrificialis.

Obiec. Sicutque regunt formam velorum non constitutivam huius sacramenti — Ergo multea et nra "conveniens et certa" ad sacramentum tantum" permaneant

Resp. Ideo sicutque regunt formam constitutivam praeceps quia sacramentum permanet — Ergo dicitur ergo.

Sumi voluit Christus sacramentum Eucharistiae tamquam spirituale animarum & alimentum quo ad ipsum adunamur et ad corpus eius mysticum; pignus praeterea id esse voluit futurae nostrae felicitatis et corporis resurrectionis.

Agitur de fructu eucharistiae, non de sacramento tantum, neque de re et sacramento, sed de re tantum (DB 415)

Supponitur ergo fructuosa receptio, absentia obicis.

Unde supponitur absentia peccati mortalis; quod si adest, ex pracepto ecclesiae requiritur praevia confessio sacramentalis DB 880 893

Eucharistia ergo sacramentum vivorum.

Eucharistiae sacramentum: ritus sacerdotalis in pane et vino sumi: agitur de communione sacramentali et reali; non de communione spirituali tantum, neque de communione in voto quomodo cumque votum intelligatur

alimentum (proprie): id quo consultur conservationi et augmentatione corporis vivi

alimentum (sensu translato): id quo consultur conservationi et augmentationi animae spiritualis in vita supernaturali

alimentum spirituale: dicitur spirituale tum ratione causae tectae (spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam Io 6 64) tum etiam ratione effectus in anima producendi

adunio: plurium in unum transitus

corpus mysticum: multitudo viventium vita Christi sive actu (quia in statu gratiae) sive potentia proxima (ex deputatione characteris in anima impressi per baptismum) non frustrata (per damnationem aeternam, forte etiam per excommunicationem)

pignus: id quod aliquo modo simul significat atque promittit

felicitas futura: beatitudo, finis ultimus

resurrectio corporis: eiusdem corporis per eamdem animam post mortem re-informatio

Notae

spirituale animarum alimentum: de fide catholica, DB 875

quo ad ipsum adunamur et ad corpus eius mysticum: de fide ex SSer et trad

pignus futurae felicitatis: de fide catholica, DB 875

pignus corporis resurrectionis: de fide ex SSer et trad.

Probatio

I. Spirituale animarum alimentum

Xtus promisit, dedit, sumendumque praeceperit corpus sanguinemque suum per modum alimenti

Atqui non per modum alimenti carnalis ad bonum corporalis vitae Ergo per modum alimenti spiritualis ad vitam animarum

Mai: ex promissione, institutione, natura huius sacramenti

Min: Io 6 64s Spiritus est qui vivificat; caro non prodest quidquam; verba quae ego locutus sum vobis spiritus et vita sunt

Conc: directe ex spiritualibus fructibus eucharistiae de quibus infra.

/viventes vita illius qui dixit:..."
II. "quo ad ipsum adunamur" DB 875 "quo alantur et confortentur

Praenotantur de oeconomia unitatis novi foederis
a' Est unio inter xtum et fideles similis unioni inter Patrem et Xtum

Io 17 21-23 "ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me et ego
in te, ut et ipsi in nobis unum sint... ut sint unum sicut et nos
unum simus... Ego in eis et tu in me ut sint consummati in unum

Obicitur: haec est oratio Xti non facti declaratio

Respondetur: oratio Xti est efficax

Obicitur: referuntur haec v-rba ad unionem finalem et beatificam

Respondetur: explicite referuntur ad hanc vitam, nam finis
in oratione memoratus est "ut mundus credat!"

a''---Io-6-58--"sicut-misit-me-vivens-Pater-et-ego-vive-propter
Patrem: et qui manducat me,-et-ipse-vivet-propter-me"

b' Haec unio Patris ad Xtum, Xti ad nos, est quaedam claritatis
et vitae translatio

Claritatis: Io 17 22 "Et ego claritatem, quam dediti mihi,
dedi eis"

Quae claritatis communicatio est fundamentum unionis, nam
pergit "ut sint unum sicut et nos unum sumus"

Quae claritas nondum est manifestata: Io 17 24 "ut videant
claritatem m-am quam dedisti mihi" cf I Io 3 2: "scimus quoniam
cum apparuerit similes ei erimus" (? num ad rem!)

Vitae: Io 6 58 "Sicut misit me vivens Pater et ego vivo propter
Patrem: et qui manducat me, et ipse vivet propter me"

c' Haec vitae communicatio est quaedam mutua immanentia quae
ad instar vitis et palmitum describitur.

Io 15 1-6

d' Haec vitae communicatio, mutua immanentia, unio dicit in
obligationem charitatis, dilectionis (NB dilectio est elementum
appetitivum in unione plurium); dat efficiam orationibus nostris
Io 15 8-10; I Io 3 13-24 (cf v. 22 cum Io 15 7); I Io 4 7-16

Unde ad probationem:

Io 6 54: non habetis vitam in vobis

/3: 14,24

55: habet vitam aeternam (iam nunc incepit: Io 5 24; 20 31; I Io/

57: in me manet et ego in illo (Io 15 5: ideo fert fructum multum)

58: vivet propter me... sicut ego vivo propter Patrem

PP: R (ser) 509: Iusti per communionem fiunt Xto concorporei et con-
sanges (Cyr Hær): 249 843 845 870 1036 1166 1180 1194 1524 1593
1824 2116 2206

esse voluit.
ctos et copulatos

III. "quo ... adunamur et ad corpus eius mysticum" / omnes inter se coniunctos et copulatos
DB 873a symbolum reliquit eius unitatis et caritatis quae christianos
DB 876 adeoque symbolum unius illius corporis, cuius ipse
caput (1 Cor 11,3; Eph 5,23) existit, cuique nos tamquam membra,
arctissima fidei, spei et caritatis conexione adstrictos esse
voluit, ut id ipsum omnes diceremus nec essent in nobis schismata (1 cor 1 /10)

DB 882 Demum autem paterno affectu admonet sancta Synodus,
hortatur, rogat, obsecrat per viscera misericordiae Dei nostri (Icl 78)
ut omnes et singuli qui christiano nomine censemur in hoc 'unitatis
signo' in hoc 'vinculo caritatis' (Aug ML 35 1612, R 1824)

Concilium docet tantum signum unitatis atque 'vinculum', ^{unitate} ~~adstrictio fidei, spei,~~

SSCr 1 Cor 10,17: Calix benedictionis cui benedicimus nonne communicatio
(Koinonia, sharing; not metekhein, participare) sanguinis Christi est?
et panis quem frangimus, nonne participatio corporis 'omini est'?
Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane
participamus.

Agitur de Eucharistia: communicatio corporis et sanguinis; v. 16
Qausa corporis mystici ponitur in unitate panis eucharisticici.

Quoniam unus panis: i.e. quia unus est panis (eucharisticus)

/509

PP R(ser)509 Unitatem ecclesiae eucharistia et significare t procurat
R 249, 843, 845, 870, 1035, 1166, 1180, 1194, 1524, 1593, 1824, 2116, 2206

R(ser)511 Unitatem ecclesiae eucharistia et significare t procurat
R 6, 56, 1166, 1194, 1519, 1824

Rat theol Qui uniuntur addem tertio, uniuntur inter se
Atqui ex parte superiori, christiani uniuntur Christo et vivunt vita
Christi per eucharistiam
Ergo per eucharistiam uniuntur inter se

Leo XIII, Mirae Caritatis, ASS 34 649

Act 4,32 "multitudinis credentium erat cor unum et anima una"
explicatur per Leonem per

Act 2,42 "erant perseverantes in doctrina apostolorum et in communione fractionis panis"

IV. ... pignus praeterea id esse voluit futurae nostrae felicitatis et corporis resurrectionis.

DB 875: pignus.. futurae nostrae gloriae et perpetuae felicitatis

SScr: Io 6 55; Rom 8 10-14; 1 Cor 15 20-23

Io 6 55: Qui manducat meam carnem et bibit meam sanguinem habet vitam aeternam et ego resuscitabo eum in novissimo die

Vita aeterna: communiter in ev de beatitudine perpetua
cf Tractatum de Novissimis; Mt

Mt 25 46: et ibunt hi in supplicium aeternum; iusti autem in vitam aeternam /caelo caelstis.

Resuscitabo: cf Tractatum de Novissimis//1 Cor 15 47 secundus homo de

Io 6 58: Hic est panis qui de caelo descendit... Qui manducat hunc panem vivet in aeternum (Opp: manducaverunt manna et mortui sunt)

Io 6 63: Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius?

A 1 Cor 15 20-23: Nunc autem Xpus resurrexit a mortuis, primitiae dormientium, quoniam quidem per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. Unusquisque autem in suo ordine: primitiae dormientium, Christus; deinde illi qui sunt Christi, qui in adventu eius crediderunt.

Cf. Rom 5 12 ss. 1 Cor 15 45 Factus est pro imus homo Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem

Rom 8 9-14: Vos autem in carne nos estis sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitat in vobis.

Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius.

Si autem Xpus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vivit propter iustificationem.

Quod si spiritus Dei qui suscitavit Iesum a mortuis habitat in vobis; qui suscitavit Iesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem Spiritum eius in vobis.

PP R (ser) 510: R 43 234 249 559 1035 2371

Argumenti forma:

Id est pignus nostrae felicitatis et resurrectionis e quo per se sequentur haec felicitas et resurrectio

Atqui per se sequentur felicitas et resurrectio e sumptione eucharistiae secundum textus allatos

Min: promittuntur, sed non absolute; manet enim liberum arbitrium et peccandi possibilitas (DB 1206 frequens communio ex se sola non est nota praedestinationis)

De Communione -- Quaenam ista adunatio

1. Notio unitatis.

Dividi potest unitas secundum diverses diversa media unitatis cognoscendae, puta, per sensum, per intellectum, per fidem.

Per sensum cognoscitur illa unitas quae dicitur ex continuitate, sive sit continuitas facile vel difficile divisibilis (aqua, lapis).

Per intellectum cognoscitur

a unitas in sensibili constructa, unitas puncti geometrici
b unitas in sensibili intellecta

a' unitas phenomenonorum qua talis speciei, leges naturales, functiones

b' units phenomenonorum in concreto

a'' ens per se, substantia

b'' substantiarum tendentia in perfectionem, unitas perfectiva

ut in maiori parte: substantiae plures leges naturales

ut in omni parte: theoriae syntheticae et concretae

e.g. relativitas, evolutio, historia humana

c Denique per fidem cognoscitur unitas

a unius Dei in tribus personis

b unitas Personae in duabus naturis

c unius Dei Spiritus inhabitantis multas personas humanas

d unius Dei immediate visi a multis beatis

Quarum b c d convenienter concipiuntur tamquam actuationes finitae per actum infinitum.

2. Situatio problematis.

Communio dicit unitatem quamdam quae simul est fidei proxime quidem c sed ultimo d sed etiam est in campo historiae humanae ideoque unitas in sensilibus intellecta per theoriam syntheticam et concretam.

Unitas enim quae e communione est

a est unitas ex Xto historico orto et per Corpus et Sanguinem huius personae historicae effecta

b est unitas inter personas historicas effecta his in terris, unitas Corporis Mystici, per fidem spem et caritatem communem coniuncta atque manifestata

c est unitas operans in ipso fluxu historico, cursum historicum modificans

d at etiam est unitas per fidem cognita, unitas corporis animati per unum Spiritum Sanctum, unitas praecannuntians regnum Dei eschatologicum in caelis aeternaliter adiipescendum.

e Unde communio dici potest unio cum Corpore et Sanguine Xti tendens

a' in unionem cum Deo per gratiam

b' in unionem cum se ipso per iustificationem

c' in unionem cum proximis per utrumque

3. Problema unitatis.

Oritur ex conflictu lucis et tenebrarum in ipso homine, transfunditur per actiones humanas in mitam hominum socialem, unde habentur duo conflictus mutuo se augentes, aliis interior in individuis et aliis unicuique individuo exterior in adiunctis et conditionibus socialibus sub cuius vivit, didicit, cognoscit, vult, agit.

Qui duplex conflictus dynamice est considerandus: consistit enim in motu quodam